



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Apser.

1985

Library of the Divinity School.

Bought with money

GIVEN BY


THE SOCIETY


FOR PROMOTING

THEOLOGICAL EDUCATION.

Received 24 May, 1894.







O

ANECDOTA MAREDSOLANA

VOL. II

PERMISSV SVPERIORVM

ANECDOTA MAREDSOLANA

VOL. II

SANCTI CLEMENTIS
ROMANI

ad

CORINTHIOS EPISTVLAE
versio latina antiquissima.

EDIDIT

D. GERMANVS MORIN

Presbyter et monachus Ord. S. Benedicti.

MAREDSOLI

apud Editorem.

OXONIAE apud J. PARKER & soc. Bibliopolas.

1894

MAY 34 1894
Divinity School. (104)

164

V

BRVGIS. E TYPOGRAPHEO DESCLÉE, DE BROUWER ET SOC.

12-19-5
18.2.4 espel
1894 m

IN MEMORIAM

EGREGII AC DESIDERATISSIMI

PAVLI SAVI



PRAEFATIO.

Mirum sane erudit quantum studii superioribus annis consumpserint in Epistula Clementis Romani: immo nemini mirum, qui summam viri antiquitatem paremque apud priscos Christianos opusculi auctoritatem meminerit. Neque id sine eventu fuit: cum enim textus Epistulae usque ad nostram aetatem ex codice uno Alexandrino hauriendus esset, eoque vetustissimo quidem, sed partim tineis obeso, partim ob deperditum folium lacuna magna laborante, intra hos viginti annos contigit ut Philotheus Bryennius, metropolita Serrensis (nunc Nicomediensis), Constantinopoli in bibliotheca monasterii patriarchalis Hierosolymitani alterum codicem inventiret a. MLVI scriptum, cuius ope illas codicis Alexandrini rimas, omnibus qui in huiuscemodi studiis versantur plaudentibus, tandem explevit. Porro vix ille opus typis vulgaverat, cum ecce iterum integra Epistula reperitur in codice Syriaco, quem a. MCLXX a monacho Edesseno exaratum Universitas Cantabrigiensis nuper sibi comparavit. Nec mora, faciles divitias certatim invasere ex Germanis praecipue et Anglis doctissimus quisque, O. de Gebhardt, Ad. Harnack, Ad. Hilgenfeld, X. Funk, et prae ceteris

nominandus I. B. Lightfoot ; qui quidquid ad Clementis libellum adtinet tanta diligentia tractaverunt, ut posteris vix quidquam agendum reliuisse videantur.

Illi ergo argumentis nihil fere dubii relinquenteribus collegerunt, genuinam ad Corinthios Epistulam in occidentali ecclesia inde a saeculo quinto usque ad saeculum septimum decimum incognitam fuisse : eos vero qui inter Latinos post Hieronymum de Clementinis epistulis mentionem faciunt, de subditiciis ad Iacobum scriptiunculis constanter cogitasse.

Excipiendus tamen erat Iohannes Romanae Ecclesiae diaconus, qui post medium saec. vi "Expositum" quoddam in Heptateuchum concinnavit ex operibus Patrum : in quo inter cetera laudatur locus ex authentica "epistola sancti Clementis ad Corinthios" §§ 43-44 desumptus. Coniecit quidem editor Card. I. B. Pitra, in Spicilegio Solesmensi t. I, p. 293, et Proleg. p. LVII, fragmentum illud esse veteris versionis latinae quam S. Paulinus Nolanus confecisset. Verum quae ille adduxit argumenta, infirma merito censentur ad probandum.

Nam quod Paulinus ipse Epist. 46, ap. Migne 61, 397, testatur se "in translatione sancti Clementis" laborasse, quodnam Clementis opus, immo quis ille Clemens fuerit, Romanusne, an Alexandrinus, plane non constat. Quod vero Gennadius Massiliensis "cap. 48 diserte teste-

tura Paulino Nolano conditam fuisse Clementinam versionem," nemo adhuc compertum oculis habuit. Ceterum nihil impedit quominus dicamus verba Clementis a Iohanne ipso conversa esse ex graeco, et paraphrastice prolatata.

Igitur ad hoc aevi in incerto habebatur, unquamne latinitate donata esset Clementis Romani Epistula ante versionem Oxonii anno MDCXXXIII a Patricio Iunio editam. De qua re audiendus est vir sollertissimus I. B. Lightfoot, qui postquam singula monumenta cum editatum manuscripta accuratius exploraverat, ita demum sententiam dixit: nihil unquam a se inventum, quod indicio sit Epistulam ante saec. xvii latine expressam esse; quod si aliquando huiusmodi translatio confecta sit, OBSIGNATUS ECCLESIAE OCCIDENTALI LIBER fuerit oportere, "it must have been a sealed book to the Western Church." (The Apostolic Fathers i, 146.)

Atqui in illum ipsum librum quasi fortuito nuper incidi, ipsumque communis commodi causa resignare placet, postquam tamen de translationis indole et de codice qui eam repreäsentat paucis praefatus ero.

Ab hoc, si lubet, capiamus exordium. Est igitur volumen maioris seminarii Namurcensis, nulla nota signatum, saeculo undecimo exaratum, et constat pergamini foliis cxxvii, 0,305 alt.,

0,210 lat. : cuius origo facile innotescit ex his verbis quae in fronte praeposita sunt:

LIBER SANCTI IOHANNIS BAPTISTE
FLORINENSIS CENOBII.

Est autem vicus, cui nomen Florinae (Florennes), in provincia Namurcensi, sesquimillari a Philippopoli situs. Ibi saeculo undecimo ineunte monasterium fundatum est a Gerardo Remensis ecclesiae canonico, et ab eodem, ad Cameraenses infulas mox evocato, Richardi Abbatis Virodunensis regimini commissum: quod usque ad finem saeculi octavi decimi permansit.

Utrum in ipso Florinensi monasterio codex scriptus fuerit, an aliunde acceptus, mihi in incerto iudicium est. Iam vero quid intus habeat, accipe.

fol. 1^v PREFATIO RUFINI IN HISTORIA CLEMENTIS PAPAE. “ Tibi quidem papa Gaudenti... ” (ap. Migne Patr. Gr. I, 1205).

fol. 2. “ ... quod sumat narrationis initium. EXPLICIT. PREFATIO.

LIBER PRIMUS IN HISTORIA CLEMENTIS PAPAE. “ Ego Clemens in urbe Roma... ”

fol. 100 “ ... gratiam quam apostolo exhiberet (Migne, ibid. 1454.) — “ Post haec autem Petrus Romam ueniens multas “ turbas populorum conuertit ad fidem Domini nostri Ihesu “ praedicatione sua, et ibi per passionem crucis . III . kl. iulii “ migrauit ad Xpistum.” — “ Quidam enim requirunt quomodo “ Linus et Anacletus... sumat narrationis initium.” (Est ultima pars praefationis ad Gaudentium).

EXPLICIT LIBER X. INCIPIT EPISTOLA BEATI CLEMENTIS AD IACOBUM FRATREM DOMINI DE OBITU BEATI PETRI ET DE ORDINATIONE SUA. “ Clemens Iacobo domino episcopo episcoporum regenti Hebreorum sanctam æclesiam... ” (Clem. epist. apocrypha ex interpret. Rufini, Migne P. Gr. II, 31).

fol. 104^v post med. : “ id est claritas itineris in predicatione Petri.”

INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS AD CORINTIOS. *ÆCLESIA DEI CONSISTENS ROMÆ. ÆCLESIA DEI CONSISTENTI CHORINTHUM UOCATIS SANCTIS IN UOLUNTATE DEI. PER DOMINUM NOSTRUM IHESUM XPISTUM.*

“ Gratia uobis et pax ab omnipotente Deo... ”

fol. 117 post med. “ ... citius gaudeamus de uestra tranquillitate. Gratia domini nostri Ihesu Xpisti... Amen.”

EPISTOLA CLEMENTIS AD CORINTHIOS EXPLICIT.

IN HOC CODICE CONTINETUR LIBELLUS BEDAN PRESBITERI DE LOCIS SANCTIS QUEM DE OPUSCULIS MAIORUM ADBREUIANDO COMPOSUIT.

“ Descripsi breuiter fines situsque locorum... Situs urbis Hierusalem ”. (Patr. Lat. 94, 1190 et 1179).

fol. 125 med. “ ... temperare satagas ”.

fol. 125^v al. manu : INCIPIT PASSIO SCI LONGINI. “ In diebus Domini nostri Ihesu Xpisti fuit quidam miles centurio nomine Longinus... ” (Acta SS. ad xv Mart. 2^a edit. II, 379-80).

fol. 127 med. “ ... in Cesarea Capadociae . x . kal. decembris regnante Domino ” etc.

Vides ex omnibus quae in codice Florinensi leguntur, nihil esse quod exspectationem erigat praeter eam Clementis ad Corinthios epistulam, quae foliis 104^v-117 continetur. Quae ubi primum oculis oblata est, diligenter exquirere coepi, utrum omnibus partibus suis constaret. Rem ita esse accurata consideratione cognovi : adeo ut etiam diu ante inventum a cl. Bryennio codicem Constantinopolitanum qualitercumque suppleri potuissent ea quae in Alexandrino desunt, modo ut quis animum adtendisset ad libellum istum in pagi Namurcensis angulo delitesceret.

De ipsa translatione duo nobis in praesenti

quaerenda sunt, quorum prius illud est, a quo vel quando confecta sit; alterum, quid conferat ad textum epistulae pressius constituendum et melius intellegendum.

Priorem interrogationem solvere cupienti nulla suppetunt externa argumenta. Nam qui fere ultimus inter Latinos e Clementis epistula aliquid protulit sanctus Hieronymus graeco codice, ut similius veri est, certe non ea, quam modo edimus, translatione utebatur: quod quidem ex comparatione verborum allatorum planum fiet.

Hieronymus

Comm. in Is. lii. 13:

Sceptrum Dei Dominus Iesus Christus non venit in iactantia superbiae, cum possit omnia, sed in humilitate.

Latinus interpres:

Sceptrum maiestatis (*Cod. mendose: Scriptum est, maiestas*) Dei Dominus Ihesus Xpistus non uenit cum sono gloriae, quamuis poterat, sed cum humilitate.

Comm. in Ephes. ii. 2:

Oceanus et mundi qui trans ipsum sunt.

Oceanus... et omnis orbis terrarum.

Ibid. iv. 1:

Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare?

Vinculum caritatis Dei qui potest enarrare? (*Cod. mendose: temerare*).

Maiorem adhuc dissimilitudinem habet Iohannes ille Romanus, prout cuivis fragmentum a cl. Pitra editum cum anonymi nostri interpretatione conferenti patebit.

Ex Iohanne Diacono

ap. Pitra, Spicil. I, 293:

Sciebat Moyses, quod virga Aaron floritura esset, sed ideo convocavit populum ut honorabilis Aaron inveniretur, et Deus glorificaretur a populis; ipse autem careret invidia... Hanc formam tenentes apostoli (vel successores eius), quos eligebant, cum consensu totius Ecclesiae ordinabant praepositos.

Interpres noster

§§ 43-44:

Non sciebat Moyseshoc fieri? Maxime sciebat: sed ne discordia fieret in Israhel, sic fecit, ut honorificaretur nomen ueri et uni... Et apostoli nostri scierunt per Dominum nostrum Ihesum Xpistum quia contentio erit pro nomine aut episcopatu. Propter hanc causam, prudentiam accipientes (*Cod. corrupte* accipient ei) perpetuam, præposuerunt illos supradictos, et postmodum legem dederunt, ut si dormierint, suscipiant uiri alii probati ministerium eorum. Igitur illos constitutos ab illis, uel postmodum a quibusdam uiris ornatis, consentiente æcclesia omne, etc.

Neque est cur suspicetur quis hanc nostram interpretationem eam ipsam esse quam Paulinus Nolanus elucubratus sit. Nam praeterquam quod plane non constat genuinam Clementis Romani epistulam a Paulino umquam translatam esse, non est dubium quin huiuscemodi opus a tanto viro tentatum, alio prorsus modo cessisset, atque hic factum videmus. Ille enim, graecarum litterarum paene rudis, seipsum fatetur "in translatione sancti Clementis... ali- "qua in quibus intellegere vel exprimere verba "non potuit, sensu potius adprehenso, vel ut "verius dicat, opinata transtulisse." Cum tamen

haud ita malus auctor latinitatis fuerit, coniectare licet versionem ab ipso elaboratam elegantia magis sermonis quam interpretationis fide praestitisse. Quod longe secus est in ea, quam ex codice Namurcensi edimus, translatione: in qua plerumque verbum verbo ita redditur, ut fere nihil ibi invenias, quod a Pauliniano dicendi modo non abhorreat.

Deficientibus igitur, ut dixi, externis argumentis, ipsius translationis characteres diligentissime inspiciendi erant; quibus excussis, iudicii mei summa haec fuit:

1º Pro certo habendum est hanc Clementinae epistulae versionem satis diu ante confectam fuisse quam codex, qui eam repreäsentat, conscriberetur. Quae res ex eo maxime comprobatur, quod multi loci, quos ab ipso interprete recte ex graeco expressos esse manifestum est, in nostro exemplari scriptorum vitio misere depravati leguntur: quorum nonnulla specimina hic ostendam.

Textus Graecus

*uti ab interprete
legebatur :*

§ 16 Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ Κύριος Χ. Ι.

§ 27 Ταύτη οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ.

Codicis Namurcensis

lectio corrupta : lectio restituta :

Scriptum est: Ma- Sceptrum maies-
iestas Dei, Dominus tatis Dei, Dominus
Ihesus Xpistus. I. C.

Itaque hac spe erant Itaque hac spe hae-
animæ nostræ ad reant animæ nostræ
Deum qui uerus est. ad eum qui uerus est.

§ 37 τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη.	eminentiora membra.	et minutiora membra.
§ 40 Ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδοται.	Plebs eius homo laicus præceptis datus est.	Plebeius homo l. p. d. e.
§ 44 πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν.	prudentiam accipient ei perpetuam.	prudentiam accipientes perpetuam.
Ib. ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.	ex illo sine querela illis facto ministerio.	ex illo sine querela illis functo ministerio.
§ 47 Νῦν ἴδε (sic pro Nυνὶ δὲ) κατανοήσατε.	Nunc uitæ inspicite.	Nunc uide, inspicite.
§ 49 τίς δύναται ἔξηγήσασθαι;	qui potest temerare?	quis potest enarrare?
§ 50 εὑρεθῶμεν.... ἀμμωμοι. αἱ γενεαὶ πᾶσαι κ. τ. λ.	inueniamur... Inno- cuæ feræ sepe natio- nes omnes etc.	inueniamur... inno- cui. Generationes omnes etc.
§ 53 ἐγκεκύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.	Intonuistis in eloquia Dei.	Introiuistis (<i>vel</i> introuidistis?) in eloquia Dei.
§ 56 ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε.	De manu forti redi- met te.	De manu ferri redi- met te.
§ 60 σύ, Κύριε, τὴν οἰκουμένην ἔκτισας.	Tu ordinem orbis terrae creasti.	Tu, Domine, orbem terrae creasti.
§ 61 οἵ δός, Κύριε, ὑγιείαν.	Quibus das nobis salutem.	Quibus da, Domine, salutem.
Ibid. σύ, Κύριε, διεύθυνον.	Tu ordine dirige.	Tu, Domine, dirige.
Ibid. ὅπως διέποντες ἐν εἰρήνῃ.	ut et gentes cum pace.	ut agentes cum pace.

Multa praetermitto, quorum nonnulla carere intellectu videntur, ut sunt § 20 “ inexcusabilia

qui sita ", § 37 " de inequis ", § 57 " a spe de spe ", etc.

Plurimum etiam valet, ad antiquitatem versionis demonstrandam, locorum sacrae Scripturae, qui in ea laudantur, attenta consideratio. Licet enim ex his multi sint notissimi, immo nonnulli in usu cotidiano adhibeantur, v. gr. § 18 psalmus L, § 16 Isaiae cap. liii, tamen ita ab interprete proferuntur, ut is vulgatam S. Hieronymi editionem vel ex toto ignorasse, vel prorsus neglexisse videatur : quod quidem in hominem latinum saeculi undecimi cadere potuisse nemo facile recipiet.

2º Translatio, de qua agitur, eodem humili planeque rusticano sermone conscripta est, quo antiquissimae Bibliorum sacrorum versiones, quae ante S. Hieronymum apud Occidentales in usu erant. Non enim popularibus tantum verbis, sed etiam barbarismis, soloecismis obsita est : insuper multoties in numero peccat, aut casu, praepositione, participio, coniunctione. Singula haec vitia in notis indicibusque notata invenies, ex quibus pauca permixte argumenti loco proferam :

§ 1 "in tantum... ut " cum indicativo, " hospitalem *instar* (ἢθος) uestrum "; § 2 "alta pax et *inpinguis*", "sinceres et integri"; § 3 "in fide illius *caliginabatur*"; § 7 "eundem certamen nobis imminet"; § 12 "perient"; § 16 "facies eius fastidiata est", "propter *maletractatio-*

nem"; § 19 "non *per se* (= tantum) nos"; § 20 "cæli... commouentia se", "tempora uerina... et autumnina"; § 24 "surrectionem diei"; § 27 "constrastabit fortitudini"; § 29 "initiationem (= primitias) areae"; § 35 "uanitates et *inhumilitatem*"; § 37 "aliud *alio* (= alii) opus est", "apta *toto* (= toti) corpori"; § 39 "inludent et inridunt" (= inlidunt et inrident), "quod non possent *sibi* adiuuare"; § 41 "uictimæ instantiarum", "pro pontifice et *illorum* predictorum ministeriorum" (= et illis praedictis ministris); § 42 "exierunt euangelizare regnum Dei *incepere uenire*"; § 43 "nomen ueri et *uni*" (= unius); § 45 "iusto et sine querela propositu" (= proposito), "in *tantum* contenderunt furoris, *ut...* immitttere"; § 48 "quod commode (= commodum) et utile est"; § 56 "Bestiae enim silvestrae" (= silvestres); § 57 "doceam" (= docebo); § 58 "in numero saluatorum gentium" (= hominum); § 60 "coram principes nostros", etc.

Totus sermo (quod nemo sane mirabitur) graecismis, ut aiunt, scaturit. Praeterea quasdam hebraicas dicendi formas in eo deprehendere licet, quae sunt ipsius interpretis propriae, v. gr. § 13 "uerbo sanctitatis illius" (gr. τοῖς ἁγιοπρεπέστι λόγοις αὐτοῦ); § 19 "in uoluntate pacientiæ illius" (gr. εἰς τὸ μαχρόθυμον ἀυτοῦ βούλημα), etc.

Itaque his omnibus perpensis, minime temeritatis insimulandum eum fore existimo, qui

Clementis epistulam, ubi primum edita est, parvo intervallo interiecto, ex graeco conversam ac latina voce expressam esse praeiudicaverit. Enimvero quae ratio est, cur illi ἵκανωτάτη γραφῇ Romani Pontificis, viri inter Apostolorum successores celeberrimi idem obtigisse negemus, quod de Barnabae, quod de Hermae, quod de Irenaei scriptis minime ambigitur? Et de Barnabae quidem epistula animadvertisit Ad. Harnack (Geschichte der altchristlichen Litteratur bis Eusebius I, 62) antiquam, quae exstat, versionem unicum esse indicium, quod ea olim apud Latinos nota fuerit: quod eodem modo de Clementinae epistulae translatione potest dici.

Age sis, nunc videamus quantum utilitatis ex hac percipi possit ad ipsius Apostolici Patris opusculum nativae fidei et auctoritati restituendum.

Quamquam neque nego neque infitias eo, nonnulla ab interprete vel minus intellecta (v. gr. § 20 καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι; § 48 ἐπικαταλλαγῆ; § 54 οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ; § 61 εἰς τὸ γινώσκοντας ἡμᾶς... ὑποτάσσεσθαι αὐτοῖς; ibid. δπως διέποντες... Ἰεώ σου τυγχάνωσιν, etc.) vel longiore circuitu enuntiata, vel denique prorsus omissa esse, quod ferme fit propter homoeoteleuton; plerumque tamen archetypi verba ab eo satis presse diligenterque reddita esse, nemo non fateatur necesse est.

Quaerendum est igitur qualis notae fuerit istud archetypum; quod quidem ita fere exprimi posse censeo:

1º Cum nullo ex tribus codicibus hactenus cognitis omni ex parte convenit, immo ab uno quoque eorum tam saepe et notabiliter differt, ut ad aliam familiam pertinere omnino dicendum sit. Plurimae vero inter praestantiores lectiones, quae in singulis leguntur codicibus, in illud quasi confluxisse videntur.

2º In locis Scripturae sacrae allegandis non raro concordat cum versione syriaca : quod quidem non mirum, cum alias quoque doctissimis viris probetur, a Syris Bibliorum interpretibus antiquitus iam in rem suam conversas fuisse translationes quae in occidentalibus regionibus circumferebantur.

3º Haud parum ex hoc archetypi nostri auctoritas commendatur, quod saepius consentientes habet scriptores antiquissimos qui ex Clementis epistula aliqua protulerunt, utputa Clementem Alexandrinum (§ 1 “legitimis”; § 28 “fugiam”, § 38 “non tantum uerbis”; § 46 “quam unum de electis meis peruerteret”; § 48 “et castam”, “patentium ad iusticiam”; § 51 “propter quasdam incursiones contrarii”, etc.) et sanctum Basilium Magnum (§ 58 “Vivit enim Deus et Dominus I. X.”), etc.

4º Quartus iste testis fere omnibus iis adstipulatur quae vir perspicacis ingenii I. B. Lightfoot coniectando erat adsecutus : tantum quod nonnulla retinet, quae sagacissimo censori in melius mutari posse vel debere visa erant (v. g.

§ 6 Δανακίδες καὶ Δίρχαι; § 20 πυραβάστεως; § 41 εὐχρεστεῖτω; § 43 καὶ ἁρέδους; § 44 ἐπινομήν, τετιμημένης; § 59 ἀσθενεῖς; § 60 ὅσιως, etc.), alia rursus repudiat, quae in textum recepta erant praeter codicum auctoritatem § 40 ἐπιμελῶς; § 59 Δός ἡμῖν Κύριε; § 60 ὃστε σώζεσθαι ἡμᾶς; § 62 τὴν πορείαν ὁμιλῶν, etc.).

Quae quidem omnia, sicuti iam dictum, etsi enodatius in notis explicantur, tamen praecipua quaedam, in quibus versio latina a reliquis differt codicibus, simul ante oculos ponere visum est: quorum alia in verborum commutationibus, in additamentis alia consistunt:

Verba commutata:

Latina inter- pretatio.	Archetypum graecum.	Reliqui Codd.
§ 1 uidemur	νομίζομεθα	νομίζομεν
ibid. legitimis	νομίμοις	νόμοις
§ 4 a fratribus	ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν	ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων
§ 5 fortissimae co- lumnae	δυνατώτατοι (?) στύλοι	δικαιότατοι στύλοι
§ 6 multas poenas et tormenta	πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους	πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις
§ 12 monstrare	δεικνύαι: (?)	δοῦναι
§ 17 et tormentis sæ- uis	καὶ τῶν αἰκισμάτων δειγῶν (?)	καὶ τῶν αἰκισμάτων αὔτῶν
§ 20 per quem Deo et Patri sit honor	δι' οὗ ἡ δόξα	ἢ ἡ δόξα
§ 45 Prudentes estote	Φρόνιμοι (?) ἔστε	Φιλόνεικοι ἔστε
§ 47 Quemadmodum	Τίνα τρόπον	Τί πρῶτον
§ 58 iustitiae nomen eius	τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ὄνομα	τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ ὄνομα

Additamenta :

§ 4 “Dathan et Abiron *cum tabernaculis uiuos*”, “contra *fidelem* Dei seruum”; § 5 “*bonos et fortes apostolos*”, “qui *ab oriente usque ad fines occidentis*”; § 8 “ministri *gratiae... omnes*”; § 10 “numerare illas. *Et dixit Deus* : “*Sic erit*”; § 12 “*aliam pro alia uiam, et sic illos auertit*”; § 13 “*docendo mansuetudinem et æquitatem*”; § 14 “*interitum animæ nostræ grande*”; § 16 “*moverunt caput et dixerunt*: *Speravit*”; § 17 “*ut mittas me ut educam plebem tuam?*” § 23 “*munera illius in nobis*”; § 27 “*qui uerus est et potens et iustus*”; § 37 “*nec quinquagenarii nec decuriones nec de inequis ceteri*”; § 42 “*predicantes eos qui obaudiebant uoluntati Dei baptizantes preponerent*”; § 51 “*propter quasdem incursiones contrarii*”, etc.

Atque haec satis esse existimo, ut intellegatur, quanta diligentia opus sit in antiqua ista versione excutienda. Reliquum est, ut modum, quem in ea edenda servavi, paucis aperiam.

Cum igitur huiusmodi monumenta philologis maxime studiis emolumento esse certo scirem, omnibus viribus incubui, ut novum hoc plebeiae latinitatis exemplum quale primum exstitit, quantum unius codicis ope efficere possis, exhiberem. Quapropter non solum nunquam, ut aliquid emendarem, hac tantum ratione adduci potui, quod id quidem enorme esse videretur; verum

etiam cum adverterem non pauca primitus a librario simpliciter descripta esse, ac deinde praepostero consilio castigata, quaecumque huiusmodi esse deprehendi, pristinae non dubitavi restituere sinceritati. Solummodo ea in melius mutare ausus sum, quae cum reliquis collata codicibus haudquaquam ab interprete ipso, sed scribarum imperitia procedente tempore talia effecta esse constaret: atque ne ipsa quidem omnia, sed ea dumtaxat, quae vim intelligentiae vel omnino fugerent, vel certe aliam in partem traducerent. Qua tamen in re citra stare malui, quam sapientis censurae modum ex libidine excedere.

Eodem consilio usus sum in notis, ubicumque expedire videbatur, adponendis: quippe piguit idem repetere, quod iam ab aliis optime actum erat. Itaque satis habui ea breviter indicare, quae textum a me inventum commendare possent vel illustrare: neque aliud omnino mihi proposui sive in texendis indicibus, sive in locis scriptorum qui proferuntur recognoscendis. Quod inde conflatum est volumen, etsi parvae quidem molis, nihilo tamen minus gratum fore confido iis qui res momento suo ponderare solent. Quorum etiam plurimi auctores mihi fuerunt, ut novum istud *ἀνέδοτον* quod suum pondus habere videbatur, separatim potius emitterem in vulgus, quam intra densam disparilium rerum silvam abstruderem. Qua in re multa sunt,

quae ab antecessorum meorum exemplo rece-
dendum esse mihi suadeant. Sed de his alias.


Praefatiunculae clausula haec erit, ut quam
maximas gratias agam egregiis viris qui Namur-
censi clericorum seminario praesunt, quorum
beneficio codicis Florinensis transcribendi copia
mihi perhumaniter data est. Prodeat igitur ve-
tustissimum ecclesiasticae latinitatis monumen-
tum, quod tam longa oblivious veluti obrutum
erat, et a christianaे antiquitatis studiosis investi-
gatoribus benigne excipiatur.

Scribebam Maredsoli mense Ianuario a.
1894.

GERMANVS MORIN.

2010 RELEASE UNDER E.O. 14176





INCIPIT

EPISTOLA CLEMENTIS AD CORINTIOS.

ÆCLESIA Dei consistens Romæ æclesiæ Dei consis-
tentem Chorinthum, uocatis sanctis in uoluntate Dei
per Dominum nostrum Ihesum Xpistum. Gratia uobis
et pax ab omnipotente Deo per Xpistum Ihesum
abundet.

I. Propter subitaneos alios atque alios casus et impe-
dimenta quae contigerunt nobis, tardius uidemur curam
ægisse de quibus desideratis, karissimi mihi, et de aliena
et extera electorum Dei inmundâ et nefanda seditione,
quam paucæ personæ superbae et petulantes in tantum

4. *consistens*] Diu et acriter disceptatum est inter doctos viros de vi appellationis graecæ παροικοῦσα : quam quidem plerique recentiores verterunt "quae peregrinatur". Verbum "consistere" ab interprete nostro usurpatum quamquam ad vim verbi κατοικεῖν proprius accedit, tamen de itinere intermisso ac proinde de brevi mansione saepissime dicitur.

9. *impedimenta*] Codd. Alexandrinus et Syriacus περιπτώσεις, Constantinopolitanus vero περιστάσεις, cui magis respondere videtur latina vox "impedimenta". Cod. Alex. add. ἀδελφοί; Syr. "dilecti."

10. *uidemur*] quasi legerit νομίζομεν; neque ea lectio prorsus despicienda est. Reliqui tamen mss. νομίζουσεν, "existimamus".

11. *de quibus desideratis*] Vere orne multis iisque doctissimis viris molestus sit modus ille interpretandi περὶ τῶν ἐπιξη-
τουμένων παρὸν δύνην πραγμάτων, quo etsi expresse non dicitur, innuitur tamen a presbyteris aliis fidelibus ecclesiae Corinthiorum consultam fuisse ecclesiam Romanam. At vero, quod contra huiuscemodi interpretationem obtendunt, in graeco scriptum esse παρὸν δύνην, non παρὸν δύνων, dubito an multum valeat: certum est enim παρὰ sequente dativo interdum "apud" ita significare, ut etiam praepositione "ab" redi possit. Cuius rei exemplum habemus ex hac ipsa Clementis epistula §. 47, ubi verba ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρὸν αὐτοῖς ab omnibus quos legi interpretibus et ab ipso Funk latine vertuntur: "in virum ab illis probatum". Conf. etiam lectionem

temeritatis incensi sunt, ut etiam sanctum et prædicabile omnibus hominibus dignum amoris nomen uestrum ualde est lesum. Quis | fol. 105 | enim, e peregre cum uenit ad uos, omnium uirtutum et stabilitam fidem uestram non probauit, et prudentem et quietam in 5 Xpisto pietatem uestram non miratus fuerit, et magnificum et hospitalem instar uestrum non predicauit, aut consummatam et cautam scientiam uestram non beatificauerit? Sine personarum enim acceptione omnia faciebatis, et in legitimis Dei ambulabatis, obaudientes 10

codicis Alex. παρ' ἡμῖν infra § 15. Maior est ea difficultas, quae ex nonnullis locis, in fine praesertim epistulae, a cl. Lightfoot aliisque profertur. Omnia sic de-
mum conciliari posse existimo, ut dicatur Clementem communī quidem fama certiore factum esse de seditione apud Corinthios exorta, neque hos publice Romanorum fratum auxilium implorasse, licet hoc ipsum a quibusdam exoptari Romam usque rumor afflaverit. Ceterum singula, quae commentatus est interpres, recipere in me nolim: at saltem is testimonio est, explanationem huius loci, quae in varias recentiorum reprehensiones incurrit, ab initio iam fuisse inter Latinos circumlatam.

mihi] om. Gr.; cf. infra § 7.

aliena... electorum Dei] = ab electis
Dei aliena.

1. *incensi sunt*] scripsi, conjectura ducta ex Gr. ἐξέκαυταν. Codex “inceSSI sunt”; recentiores “accenderunt” vel “inflamarunt”. Duplex causa afferri potest, cur vetus interpres forma passiva usus sit: aut verbum activum ἐξέκαυταν neutraliter seu reflexive ab auctore usurpatum esse existimavit, cuius rei exempla passim occurrunt in novo Testamento (cf. Beelen, Grammatica graecitatis novi Testamenti, p. 260 sq.); aut ipse verbum passivum seu deponens “incensi sunt” activo

sensu adhibuit. Cf. infra § 5 “certatae sunt”. Quod si hoc ipsum quod scriptum est, i. e. “inceSSI sunt” (=inceserunt, cf. Roensch, Itala et Vulgata, 2^a edit., p. 296) retinere placuerit, tum aliud in greco legisse interpres dicendus est, forte ἐξήλασσαν.

prædicabile] “et” add. Gr.

3. *est lesum*] Ita quoque Syriacus, quem Lightfoot βλαχθῆναι legisse suspicatur; Gr. βλασφημθῆναι. — De conjunctione “ut” cum indicativo conf. Roensch, op. cit., p. 429.

4. *omnium uirtutum*] = omni virtute plenam. Gr. πανάρετον.

5. *probauit*] mox “predicauit”, tum “miratus fuerit” et “beatificauerit”. Permutatorum modorum syllabam *er* causam fuisse existimo. Cf. infra § 48 “opibus” scriptum pro “operibus”.

6. *uestram*] om. Gr.

7. *hospitalem*] Litteram *m* in ultima syllaba expungere nolui.

instar] Notanda ac prorsus singularis usurpatio huius vocis ad significanda, ut puto, animi linea menta. Gr. ἥθος.

10. *in*] om. cod. Alexandr.

legitimis] Codd. gr. νόμοις. Attamen νομίμοις cum interprete nostro legit Clemens Alexandrinus, Strom. IV, c. 17 (ed. Migne P. Gr. 8, 1312,) et in textum recepit Lightfoot.

præpositis uestris, et honorem dignum tribuentes senioribus uestris, et iuuenibus modica et sancta intellegere permittentes, et mulieribus innocentibus et casta conscientia omnia facere iubebatis, ut amarent, sicut decet, uiros suos, ut in regula obauditionis essent constitutæ, domum suam castæ regere docebatis cum prudentia.

II. Omnes enim uos humiliabatis, nihil in superbia facientes, obaudientes magis quam iubentes, et libenter dantes magis quam accipientes, alimentis Xpisti contenti, et adtendentes ei uerba illius in pectore habebatis et in uisceribus uestris, ut et passiones illius ante oculos uestros fuerint. Sic alta pax et in pinguis dabatur omnibus, et insatiabilis amor ad benefaciendum, et plenitudo Spiritus sancti largior erat in omnibus: et eratis pleni sanctæ mentis bono proposito, cum pia confidentia expandentes manus uestras ad Deum omnipotentem, rogantes eum ut propicius esset uobis, si quid ignorantes peccaretis. Sollicitudo erat uobis die ac nocte pro omni fraternitate, ut salui essetis cum misericordia et cum

1. *senioribus*] Vocabulum πρεσβυτέροις Funk latine verit "presbyteris", idemque significare putat atque ἡγούμενοι, praepositi ecclesiastici. Lightfoot vero cum interprete nostro consentit, voce πρεσβυτέροις hoc loco nequaquam magistratum ecclesiasticum sed proiectam aetatem indicari.

2. *modica*] = moderata. Gr. μέτρια.

3. *innocenti*] scripsi; Gr. ἀμάρτυρ. Ms. "innocentia". In Gr. praemittitur præpositio "in", quae ob repetitam eandem syllabam initio vocis "innocentia" facile a librario praetermitti potuit.

innocenti] καὶ οὐενῆ addit Gr., quod non solum Latinus noster sed etiam Syriacus omittit.

9. *Xpisti*] Cod. Alex. τοῦ Θεοῦ; Con-

stantinop. et Syr. τοῦ Χριστοῦ. Utra lectio anteponenda sit, in medio relinquo.

10. *ei*] scripsi. Cod. "et". Cf. infra §§ 14 et 64. Deest quidem in Gr. istud pronomen; verum ita latini sermonis ratione exigitur, ut neque Funk illud translationi suae interponere dubitarit.

illius] "diligenter" inserit Gr.

13. *plenitudo... largior*] Gr. "plena... effusio".

17. *ignorantes*] Gr. ἀχοντες, quod plerique latine interpretantur "inviti". Attamen in Vulgata Bibliorum editione Numer. 15, 29 verba δε ἐὰν ποιήσῃ ἀχοντίως simili modo redunduntur: "qui pec- caverint ignorantes".

19. *ut salui essetis... cum numero*] Gr. "ut salvus esset... numerus".

bóna conscientia cum numero electorum Dei. Sinceres et integri fuistis, nihil mali sentientes ad inuicem. Omnis scissura et contentio odio uobis erat; et propter delicta fratum uestrorum luxistis, et peccata illorum uestra esse iudicasti. Parati in omni opere bono, omni decore cultus ornatii, omnia in timore Dei consummasti: præcepta et iusticiæ Dei in latitudine cordis uestri inscribebantur.

III. Omnis gloria et altitudo data est uobis, et consummata est scriptura: *Edit et bibit, et ingrassavit se et elatus factus est, et recalcitrauit dilectus.* Ex hoc zelus et inuidia, et contentio et contumacia, et persecutio et inconstantia, et proelium et captiuitas. Sic exsurrexerunt uulgares contra honoratos, non gloriosi supra gloriosos, stulti supra prudentes, sic iuuenes contra seniores. Ideo longe recessit ab eis iusticia et pax; quia unusquisque reliquit timorem Dei, et in fide illius caliginabatur, et

cum misericordia] Ita codd. Alex. et Syr. Lightfoot potiorem habuit lectio nem codicis Constant. “cum timore”

1. *conscientia*] Scriptum primo fuerat “cum scientia”.

Sinceres] cf. Roensch, p. 274, et Priscillian. ed. Schepss, p. 81: “sine uitio sinceres”.

3. *erat*] om. cod. Alex.

5. *iudicasti*] Gr. et Syr. add. “Benefacti nullius paenitebat vos”.

omni decore cultus] Gr. paulo aliter: “virtutum plena et veneranda vitae ratione”.

6. *Dei*] Gr. αὐτοῦ.

7. *Dei*] Gr. τοῦ Κυρίου.

9. *altitudo*] primum erat mutare in “latitudo” iuxta graecum πλατυσμός: quod demum displicuit, postquam animadverti vocem ἐπλατύθη in sequenti

versu redditam fuisse “elatus factus est”. Cf. tamen infra § 40, ubi “latitudinem” pro “altitudinem” manifesto ponitur.

10. *scriptura*] Deut. 32, 15.

ingrassavit] in “incrastavit” post. manu mutatum.

ingrassavit se et elatus factus est] Ultimum hoc priori in Gr. praeponitur: καὶ ἐπλατύθη καὶ ἐπαγώθη.

12. *et*] ante “contentio” om. Const. et Syr.

15. *sic*] non repetit Gr.

16. *recessit*] Consonat Const. ἀπέστη; Alexandrinus vero ἀπεστιν.

ab eis] om. Gr.

17. *caliginabatur*] Verbum istud a Lucifer quoque Calaritano usurpatum fuisse notat H. Roensch, It. et Vulg. p. 154.

negabat omnia mandata eius, ambulare uoluerunt non digne Xpisto : sed quisque ingreditur secundum uoluntatem | f° 105^v | cordis sui maligni, et zelum iniquum et impium receptum, propter quem et mors introiuit in orbem terrarum.

IV. Scriptum est enim sic: *Et contigit post dies, attulit Cain de fructibus terræ immolationem Domino; et Abel attulit de primitiis ouium suarum et de adipe earum. Et respexit Deus ad Abel et in munera eius, nam ad Cain et ad uictimas eius non respexit. Et tristis factus est Cain ualde, et confusa est facies illius. Et dixit Deus ad Cain: Quare tristis factus es, et quare corruit uultus tuus? Nempe, si recte offeras, et non recte diuidas, peccasti. Quiesce: ad te erit conuersio eius, et tu dominaberis eius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Eamus in campum. Et contigit, cum essent in campum, exsurrexit Cain in fratrem suum Abel, et occidit eum.* Intelligite, fratres, quia zelus et inuidia fecit, ut frater fratrem suum occideret. Propter zelum pater noster Iacob fugit a facie fratris sui Esau. Zelus fecit Ioseph usque ad mortem

1. Non nihil a graeco hic loci discedit interpres, quem idcirco crediderim quaedam aliter legisse ac legimus.

negabat o. m. eius] Gr. μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν πρωταγμάτων αὐτοῦ.

ambulare] Gr. add. " neque vitam degere ", quae hic propter homoeoteleuton omissa esse puto (πορεύεσθαι... πολιτεύεσθαι).

uoluerunt] de suo interpres addidisse videtur.

2. *uoluntatem*] Gr. τὰς ἐπιθυμίας.

3. *cordis*] om. Alexandr.

et] ante " zelum " om. Gr.

4. *receptum*] scripsi conjectura ducta ex graeco ἀνειληφότας = resumendo (gal-

lice ayant repris). Codex " preceptum ".

et] ante " mors " om. Syr.

6. *sic*] om. Const.

Et contigit etc.] Gen. 4, 3-8.

7. *Domino*] Ita Const. et LXX; Alex. et Syr. τῷ Θεῷ.

8. *attulit*] " et ipse " add. Gr.

suarum] add. cum nostro Syr. et LXX; om. Alex. et Const.

primitiis] Gr. πρωτοτόκων. Cf. Hebr.

12, 23 " ecclesia primitivorum ".

9. *nam* = sed.

11. *facies illius*] Ita Const. et Syr.; Alex. cum LXX " concidit vultu suo ".

16. *essent in campum*] cf. Roensch, p. 410 sq.

fugari, et usque in seruitutem deuenire. Zelus coegit Moysen fugere a facie Pharaonis regis Ægypti, cum audiuit a cumtribule suo: *Quis te constituit principem aut iudicem super nos? aut occidere me tu uis quemadmodum occidisti hesterna die Ægyptium?* Propter zelum Aaron et Maria extra castra manserunt. Zelus Dathan et Abiron cum tabernaculis uiuos deduxit ad inferos, quia contenderunt contra fidelem Dei seruum Moysen. Propter zelum Dauid habuit inuidiam non a fratribus tantum, sed etiam a Saul rege Israhel, qui persecutus est eum.

V. Sed ut priorum exempla desinam referre, ueniamus ad huius temporis qui fuerunt adletæ; sumamus generationis nostræ fortia exempla. Propter zelum et inuidiam maximæ et fortissimæ columnæ persecutionem habuerunt, et usque ad mortem certatae sunt. Sumamus ante oculos nostros bonos et fortes apostolos: Petrum, qui propter zelum iniquum non unum, non duos, sed plures passus est labores, et sic martirio consummato abiit in locum gloriae, qui ei debebatur. Propter zelum et contentionem Paulus patientiae brauium ostendit, septies uincula passus, fugatus, lapidatus, preco factus in oriente et

3. *suo*] om. Gr.

Quis te etc.] Exod. 2, 14.

principem] Ita Const. Syr. et LXX; Alexandrinus “arbitrum” (χριτήν).

4. *aut iudicem*] Const. Syr. et LXX “et”.

7. *cum tabernaculis*] reliqui codd. om.

8. *fidelem*] similiter om. Gr. et Syr.

9. *a fratribus*] Gr. ὅπο τῶν ἀλλοφύλων. Latinus noster legit ἀδελφῶν, timeo ut recte.

10. *rege Israhel*] om. Const.

qui persecutus est eum] Gr. “persecutionem sustinuit”.

13. *adletæ*] Ita codex.

15. *maximæ*] scripsi. Cod. “maxime”; Gr. μέγιστοι

fortissimæ] Optima sane lectio, etsi in Graeco pariter et Syr. legitur “iustissimæ” (δικαιότατοι). An noster δυνατωτάτοι?

16. *certatae sunt*] Deponens proactivo. cf. Roensch, p. 302.

17. *et fortes*] om. Gr. et Syr.

18. *iniquum*] Ita cod.

in occidente, fortem fidei suæ gloriā accepit : qui docuit iusticiam omnem orbem terrarum, qui ab oriente usque ad fines occidentis uenit, et dato testimonio martirii sic a potentibus liberauit se ab hoc | fol. 106 | seculo, et 5 in sanctum locum receptus est, patienciæ factus magnum exemplum.

VI. His uiris sancte conuersantibus conuenerunt magnæ turbæ electorum, qui multas poenas et tormenta propter zelum passi, magno exemplo fuerunt nobis. 10 Propter zelum persecutionem mulieres Danaides et Dircæ, et poenas sævas et scelestas passæ, ad fidei stabilem cursum peruenerunt, et acceperunt magnum proemium, quæ erant infirmæ corpore. Zelus abalienauit uxores a uiris, et mutauit quod dictum est a patre nostro Adam : 15 *Hoc est nunc ossum de ossibus meis et caro de carne mea.* Zelus et contentio ciuitates diruit, et magnas gentes eradicauit.

VII. Hæc, carissimi mihi, non solum uos monentes scribimus, sed et nos metipsos commonemus : in eodem

2. *iusticiam*] “ iusticiae ” in Const. et Syr., ubi cum verbis “ gloriā accepit ” coniungitur.

ab oriente] Gr. et Syr. om.

3. *martirii... liberauit se*] Gr. paulo aliter : “ martyrii coram praefectis, sic migravit ” etc.

4. *hoc*] add. cum nostro solus Syriacus.

5. *receptus est*] Syr. quoque “ susceptus est ” ; Gr. vero ἐπορεύθη, abiit.

7. *sancite*] “ sanctae ” primum scriptum erat.

8. *multas poenas et tormenta*] Gr. dativo casu πολλαῖς αἰχῖαις καὶ βασίνοις, quae in πολλάς αἰχῖας καὶ βασίνους mutantia esse nonnulli antea iam coniecerant.

10. *Danaides et Dircæ*] Vitari iam posse nemini videbitur haec lectio, cui

alii alia, eaque quanto apertiora tanto magis suspecta, pro suo quisque ingenio substituere conati sunt.

11. *sæuas*] ex “ sceuas ” correctum esse videtur.

13. *corpore*] ex “ corporæ ” itidem correctum.

15. *Hoc est etc*] Gen. 2, 23. *ossum* restituendum esse duxi (cf. Roensch, It. et Vulg. p. 259 et 475). Codex “ os ” 2 manu in rasura, duabus tribusve litteris deletis.

16. *ciuitates*] “ magnas ” add. Gr. et Syr.

diruit] Ita cod. Const. κατέσκαψε; Alex. et Syr. “ evertit ” (κατέστρεψεν).

18. *mihi*] iterum de suo addidit interpres. Cf. supra p. 1, l. 11.

enim scemate sumus, et eundem certamen nobis imminet. Itaque relinquamus uanas curas, et ueniamus ad exornatum et sanctum doctrinæ exemplum, et uideamus quod est bonum et suaue et acceptable coram Deo qui fecit nos. Intueamur in sanguine Christi, et cognoscamus quam preclarum sit patri eius, quod propter nostram salutem effusus omni orbi terrarum penitentiam intulit. Ueniamus ad omnia secula, et consideremus quia in secula poenitenciæ dedit locum Dominus uolentibus conuerti ad eum. Noe predicauit poenitentiam, et qui obaudierunt salui facti sunt. Ionas Niniuitis predicauit euersionem ; et quia poenitentiam egerunt propter peccata sua, exorauerunt Deum deprecantes, et acceperunt salutem, quamuis erant alieni Deo.

VIII. Item ministri gratiæ Dei per Spiritum sanctum omnes de poenitentia sunt locuti, et ipse Deus omnium de poenitentia dixit cum iureiurando : *Uiuo ego, dixit*

1. *scemate*] Scribendum erat “scam-
mate”, Gr. σκάμψατι.

2. *uanas*] Gr. plenius : κενὰς καὶ
ματαιάς.
3. *exornatum*] Codex “exoratum”.
Quod vocabulum quid sibi vellet cum
diu frustra quaesiisssem, postmodum
animadverti vocem ἐνδέξων infra § 19
latine redditam fuisse “ornata”. Iam-
vero cum ἐνδέξος et quod hic legitur
εὐχλεής fere idem significant, in mentem
venit “exoratum” pro “exornatum”

scriptum fuisse : utrum recte an perpe-
ram, lectoris esto iudicium.

4. *Deo*] pro “eo”, et sic saepissime.
Gr. ἐνώπιον τοῦ ποιησαντος.

5. *in sanguine*] nolui mutare in
“in sanguinem”. Cf. infra § 19.

6. *patri eius*] Ita Syr. et hanc esse
genuinam lectionem Lightfoot existi-
mavit. Cod. Const. addit “Deo” ;
Alexandrinus, quantum concire licet :
“Deo et patri eius”.

7. *penitentiam*] Ita Syr. ; Graecus
vero “paenitentiae gratiam”.

8. *in secula*] Gr. ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ.

9. *Dominus*] scripsi iuxta Gr.
ὅ δεσπότης. Codex “omnibus”. Conf.
infra §§ 60 et 61, ubi vocabulum “Do-
mine” in “ordinem” et “ordine” per-
peram mutatum est.

12. *quia*] pro “qui”? Gr. οἱ δέ.

16. *omnes*] om. Gr. et Syr.

17. *Uiuo ego etc.*] Ezech. 33, 11.

Uiuo] “enim” add. Alex. et Syr.

dixit] Cod. et similiter saepius ubi
in Gr. legitur λέγει aut φησίν.

Dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed pœnitentiam; insuper adiecto consilio bono : Agite pœnitentiam, domus Israhel, propter peccata uestra. Dic filiis plebis meæ : Si sunt peccata uestra a terra usque ad cœlum, et si sunt rubriora coccino uel nigriora sacco, et conuertitis uos ad me de toto animo et dicitis, Pater, exaudiā uos sicut plebem sanctam. Et in alio loco sic dixit : Lauamini, mundi estote, auferte malicias ab animis uestris et a conspectu oculorum meorum. Desinite a maliciis uestris, discite bene facere, exquirite iudicium, eripite iniuriam accipientem, iudicate pupillo, et iustificate uiduam : et uenite, disputemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata uestra sicut fenicum, tanquam niuem dealbabo ; si autem ut coccinum, tamquam lanam albam efficiam. Et si | fol. 106^v | uolueritis et audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis. Quod si nolueritis, neque obaudieritis mihi, gladius uos comedet : os enim Domini locutum est hæc. Omnes uero quos amat Deus, uult illos pœnitentiæ socios esse, quam firmauit omnipotens uoluntate sua.

IX. Itaque obaudiamus magnificenti et honorate

1. *quia*] om. Gr.

sed] Gr. "sicut".

6. *animo*] Ita Const. et Syr. ψυχή ;
Alexandr. καρδίας.

7. *in alio loco*] Is. 1, 16-20.

dixit] Gr. "dicit".

Lauamini] "et" add. Alex.

12. *et*] om. Gr.

uenite] "et" add. Const. et
Alex.

Dominus] om. Alexandr.

14. *albam*] Littera *m* in fine redundant,
et legendum "alba" iuxta Gr. λευκανῶ.

18-19. Notabiliter hoc loco dissidet
Latinus noster a Gr. et Syr. codd.

18. *uero*] Gr. "ergo".

quos amat Deus] Gr. "dilectos suos".

uult] "volens" Gr.

19. *quam firmavit*] "quam" in Gr.
omittitur, ex quo hic locus nonnihil
habet obscuritatis ; quam Harnack
aliique discutere conati sunt subintel-
legendo "effatum illud" i. e. Nolo
mortem peccatoris, etc.

omnipotens] in "omnipotenti" for-
tasse mutandum est iuxta Gr. τῷ
παντοκρατορίᾳ.

21. *magnificenti*] scripsi. Gr. μεγα-
λοπρεπεῖ; Cod "magnificentiae".
honorate] = honoratae.

uoluntati illius, et humiliemus nos deprecationi misericordiae et indulgentiae eius, et prosternamus nos, et conuertamus nos ad misericordiam illius, relictis uanis operibus et contentionibus et qui ad mortem adducit zelo. Intueamur eos qui consummate ministrarunt magnae maiestati Dei. Sumamus Enoch, qui propter obauditionem Deo iustus inuentus translatus est, et non inuenitur mors eius. Noe fidelis inuentus per ministerium suum regenerationem orbi terrarum predicauit, et salua per eum fecit Deus animalia quæ intrauerunt cum eo ¹⁰ cum concordia in arcum.

X. Abraham, amicus cognominatus, fidelis inuentus est, quia obaudiens fuit uerbis Dei. Hic propter obaudientiam Dei exiit de terra sua et de cognatione sua et de domo patris sui; et terra exigua et cognatione infirma ¹⁵ et domo minima reicta heres fit promissionum Dei. Dixit enim illi Deus: *Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui, et uade in terram quam tibi monstrabo; et faciam te in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus. Et 20 benedicam qui te benedixerint, et qui te maledixerint maledicam, et benedicentur in te omnes tribus terræ.* Et iterum, cum discessit Abraham a Loth, dixit illi Deus: *Respice oculis tuis, et uide a loco, in quo tu nunc stas, ad*

1. humiliemus nos deprecationi] Gr. brevius ἡκέται γενόμενοι.

2. et] ante "prosternamus" om. Gr.

6. Dei] iterum pro "eius". Cf. supra p. 8, l. 4 et p. 9, l. 18.

7. Deo] om. Gr.

10. Deus] pro "Dominus". Gr. δεσπότης.

cum eo] om. Gr.

14. Dei] post "obaudientiam" om. Gr.

16. et ... heres fit] Gr. "ut ... heres fieret".

17. dixit] Gr. "dicit", ut supra p. 8, l. 17 etc.

Deus] om. Gr.

Exi de terra] Gen. 12, 1-3.

18. et uade] deest in Gr.

23. Abraham] Gr. αβραά.

24 sq. Gen. 13, 14-16.

24. et] ante "uide" om. Gr.

aquilonem et affricum et orientem et mare, quia omnem terram, quam tu uides, tibi dabo illam et semini tuo in æternum; et faciam semen tuum sicut harenam maris, quæ non dinumerabitur. Et iterum dixit: *Eduxit autem 5 Deus Abraham foris, et dixit illi: Respice in cœlo, et numera stellas, si poteris numerare illas.* Et dixit Deus: *Sic erit semen tuum.* Et credidit Abraham Deo, et æstimatum est illi ad iusticiam. Et propter fidem et hospitalitatem datus est illi filius in senecta, quem propter 10 obaudientiam Deo optulit uictimam in montem, quem ostendit illi Deus.

XI. Item quia erat hospitalis et pius, Loth saluus factus est de Sodomis, cum omnis regio dampnata esset per ignem et sulphurem: palam fecit enim Deus, quia, 15 qui sperant in eum, non derelinquet eos, qui autem dubii | fol. 107 | sunt, in poenas et tormenta traduntur; quomodo et uxor Loth, cum exiret pariter cum eo, et cum esset in Deum dubia, facta est statua et monumentum salis usque in hodiernum diem: ut sit omnibus notum, 20 quia dubii et non credentes de uirtute Dei in dampnationem et exemplum omnibus sæculis erunt.

XII. Item propter fidem, quia hospitalis erat, salua facta est Raab, quæ cogminabatur fornicaria. Cum enim

3. *maris*] Gr. "terrae".

4. *quæ non dinumerabitur*] Aliter Gr. "Si poterit aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur".

5. *dixit*] Gen. 15, 5-6.

autem] om. cod. Alex.

6. *Et dixit Deus*] om. reliqui mss.

8. *Et*] ante "propter" om. Gr.

10. *in montem*] Gr. πρὸς ἐν τῷν ὄρέων.

11. *Deus*] om. Gr.

12. *Item*] quoque unus addit Latinus.

quia] scripsi; Cod "qui".

14. *fecit*] Ita Syriacus; Alex. vero et Const. ποιήσας.

18. *in Deum*] om. Gr. sed inox add. καὶ οὐκ ἐν δύοντά, quae verba ab interprete vel librario praetermissa sunt.

22. *Item*] om. Gr.

fidem] "et" add. Gr.

23. *cogminabatur*] Ita ms. syllaba *no* oppressa. Codex. Alex. om. "quae cognominabatur".

missi sunt ab Iesu Naue exploratores in Iericho, et rescisset rex ciuitatis Iericho quia uenerant explorare terram, misit uiros qui eos comprehenderent et occiderent. Hospitalis ergo quia erat Raab, acceptos eos abscondit in pergula domus suæ. Et cum uenirent qui erant a rege missi, et dicerent ei : Ad te introierunt qui erant exploratores terræ nostræ, educ illos et moriantur, hoc enim iussit rex ; illa respondit : Intrauerunt ad me quidem homines quos queritis, sed protinus exierunt et duxerunt se in uiam : demonstrans illis aliam pro alia uiam, et sic 10 illos auertit. Et dixit Raab ad homines Israhelitas quos absconderat : Sciens scio quia Dominus Deus tradet uobis terram istam ; timor enim et tremor uester inruit super habitantes terram istam. Cum ergo erit uobis sumere illam, saluam me facite et domum patris mei. Et 15 dixerunt : Sic erit quomodo locuta es. Cum ergo cognoveris uenire nos, induc omnes in domum tuam, et erunt salui : nam quotquot erunt extra domum tuam, perient. Et adiecerunt monstrare ei signum, quod suspenderet de domo sua, resticulam coccineam : palam facientes, quia 20

2. *rex ciuitatis Iericho*] Gr. brevius : ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς.

3. *terram*] Gr. add. αὐτῶν.

misit] Ita cod. Const. ; Alex. "emisit" ἐξέπεμψεν.

et occiderent] Gr. "ut comprehensi morerentur."

5. *domus suæ*] Gr. addit. ὑπὸ τὴν λινοκαλλάμην.

6. *ei*] om. Gr., habet Syr.

7. *et moriantur*] reliqui codd. om.

9. *exierunt*] Ita Const. ἐξῆλθον; Alex. "abierunt" ἀπῆλθον.

duixerunt se] = "abierunt". Conf. Roensch, p. 361.

10. *etsi illos auertit*] solus addit Latinus.

11. *Et dixit... quos absconderat*] Gr. iterum brevius : "Et dixit ad viros".

12. *scio*] "ego" add. Alex. et Syr.

14. *terram istam*] cum nostro repetit Syr.; Alex. et Const. αὐτήν.

16. *dixerunt*] "ei" add. Gr.

locuta es] "nobis" add. Gr.

19. *Et adiecerunt etc.*] Recte igitur senserat Lightfoot, minime accipendum esse, quod Harnack hoc loco interpretatus est, Funk quoque in suam editionem transtulit : "Preterea mandaverunt ei ut signum daret".

monstrare] = δειχνύναι? Reliqui mss. δοῦναι, dare.

per sanguinem Domini salus erit omnibus credentibus et sperantibus in Deum. Uidete, carissimi, quia non tantum fides, sed et prophetia fuit in mulierem.

XIII. Humiliemus nos ergo, fratres, deposita omni gloria et uanitate et dementia et ira, et faciamus quod scriptum est. Dixit enim Spiritus sanctus: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, neque diues in diuinitate suis; sed qui gloriatur, in Domino gloriatur, in querendo et faciendo æquitates et iusticias eius.* In mente habeamus uerba Domini nostri Ihesu Xpisti, quae locutus est docendo mansuetudinem et æquitatem et pacientiam. Sic enim dixit: *Miseremini, ut perueniatis ad misericordiam; remittite, ut remittatur uobis; quomodo aliis facitis, sic et faciet uobis; quomodo datis, sic et dabitur uobis; quomodo iudicatis de aliis, sic iudicabitur de uobis; qua mensura mensi fueritis, in eadem uobis remetietur.* His mandatis et præceptis | f. 107v | confirmemus nos, ut in eis ambulantes obaudiamus uerbo sanctitatis illius, et humiliemus nos.

2. *quia*] om. cod. Alexandr.

3. *et*] om. idem ms.

in mulierem] *m* parasiticum. Conf. supra p. 14, l. 9 etc.

6. *Dixit*] Gr. "dicit".

Non glorietur etc] Ierem. 9, 23-24 etc.

9. *querendo*] "eum" add. Gr.

10. Gr. (om. "eius") : "præcipue memores sermonum Domini Iesu."

11. *mansuetudinem et*] solus omnium addit Latinus (= πραύτητα? vide infra § 21 "sinceram mansuetudinis suae uoluntatem").

14. *et*] ante "faciet" et "dabitur" om. Gr.

faciet] Ita distinete codex. Attamen in Gr. forma passiva exhibetur ποιηθήσεται: quare aut "fiet" aut "facietur" pro-

culdubio scribendum fuit. "Facietur" magis placet, tum quia hoc modo intacta servatur lectio codicis, tum quia syllabam *ur*, quando tenui tantum linea la indicatur, librarii facile praetermitunt. De forma "facitur", adi si placet Roensch op. cit., p. 296.

15. *de aliis*] add. solus Latinus.

16. *de uobis*] Praetermisit noster: ώς χρηστεύεσθε, οὕτως χρηστευθήσεται δικῆν.

19. *uerbo sanctitatis illius*] Dictio plane hebraica, quam eo minus a recentiore interprete adhibendam fuisse credidimus, quod neutiquam a graeco archetypo profectam eam esse manifestum est. In hoc quippe legitur τοις ἀγιοπρεπέστα λόγοις αὐτοῦ. Cf. infra § 19 "in uoluntate pacientiæ illius".

Dixit enim Deus : *Super quem respiciam, nisi super humilem et mansuetum et trementem uerba mea?*

XIV. Iustum ergo et sanctum est, fratres, obaudientes nos magis Deo quam superbis et inconstantia inmundi zeli initiatoribus obsequi. Periculum enim non minimum, uel magis interitum animæ nostræ grande patiemur, si per neglegentiam nostram exequamur uoluntatibus hominum, qui nituntur in contentiones et contumacias, ut abalienent nos a bonis Dei. Misereamur nobis, fratres, secundum misericordiam et indulgentiam eius qui fecit nos Deus. Scriptum est enim : *Misericordes erunt qui inhabitant terram, et innocentes remanebunt in eam; nam iniqui pereunt ex illa.* Et iterum dixit : *Uidi impium exaltatum et exurgentem tamquam cædros Libani; et transii, et ecce non erat, et quesui eum, et non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam et uide aequitatem, quia sunt reliquiae homini pacifico.*

1. *Deus*] Gr. ὁ ἄγιος λόγος.

Super quem etc.] Is. 66, 2.

4. *et*] scripsi. Cod. “ ei ”. Conf. supra p. 3, l. 10.

5. *magis*] “ esse ” add. Gr.

superbis] in “ superbis ” mutandum esse iuxta Gr. ἀλαζονεῖα primum suspicatus sum; sed quid si interpres τοῖς ἐν ἀλαζονεῖᾳ adiectivi loco accipiebat, vel etiam τοῖς ἀλαζονίαις legebat?

6. *Periculum*] Gr. “ detrimentum ”.

7. *interitum*] Gr. “ periculum ” (om. “ animae nostræ ”).

grandem] nolui mutare in “ grandem ”. Cf. Roensch, p. 269 sq.

8. *exequamur*] Gr. “ tradiderimus nosmetipsos (ἐπιδῶμεν ἔαυτούς) ”. Noster autem, uti videtur legebat ἐπιδῶμεν.

9. *contentiones*] Cod. Alex. ἕρι νυ-
mero singuliari.

10. *a bonis Dei*] Paulo liberius redditum. Gr. “ ab eo quod bonum est. ”

Misereamur nobis] Ita codd. Const. et Syr. ἔαυτοῖς; Alexandrinus vero, cuius lectio Lightfoot alisque magis probatur: αὐτοῖς, i. e. seditionis auctoribus.

12. *Deus*] om. Gr.

14. *in eam*] Ita cod.

nam] = autem. Cf. supra p. 5, l. 9.

pereunt] Haud male conicias legendum esse “ perient ” (gr. ἔξολεθρευθήσονται), uti paulo ante scriptum est p. 12, l. 18.

dixit] more suo librarius, ubi in Gr. legitur “ dicit ”.

15-18. Ps. 36, 35 sqq.

16-17. *quesui... locus eius*] Ita etiam Syr. cum LXX; sed codd. Alex. et Const. “ quaesivi locum eius, et non inveni ”.

XV. Igitur hereamus eis quicumque pacifici sunt, et non eis qui simulatores sunt pacis. Dixit enim Deus : *Hæc plebs labiis me diligit, cor autem eorum longe est a me.* Et iterum dixit : *Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant.* Et iterum dixit : *Amauerunt illum ore suo, et lingua sua mentiti sunt illi: nam cor illorum non fuit rectum cum Deo, nec crediderunt testamento illius.* Ideo obmutescent labia dolosa et lingua magniloquia, qui dixerunt : *Lingua nostra magnificabimur, labia nostra a nobis sunt; quis est nobis dominus? Propter miseriam egentium et gemitum pauperum nunc exsurgam, dixit Dominus. Ponam in salutarem: confidenter agam in eo.*

XVI. Humilium enim est Xpistus, non exaltantium se super gregem illius. Sceptrum maiestatis Dei, Do-

1. *quicumque*] Erat primo “qui cum que” disiunctis syllabis scriptum, fortasse pro “qui cum pietate” iuxta Gr. τοῖς μετ’ εὐσεβεῖας.

2. *enim*] “alicubi” add. Gr. omisso “Deus”.

3. *Hæc plebs etc.*] Is. 29, 13.

4. *Ore suo etc.*] Ps. 61, 5.

5. *Amauerunt illum etc.*] Ps. 77, 36-37.

6. *nam*] iterum pro “autem”, ut supra p. 14, l. 14, et infra saepissime.

7. *Deo*] Gr. “eo”. Cf. not. ad. p. 8, lin. 4.

7-8. Nonnulla hic omissa sunt ex his quae in Syr. habentur ob recurrentes easdem voces “labia dolosa”. Ita in codd. Alexandr. et Constantinop.; ita apud Clement. Alexandr. Stromat. IV, 6.

8. *magniloquia*] in “magniloqua” postea correctum est. — Ps. 30, 19; 11, 4-6.

9. *Lingua n. magnificabimus*] Gr. “linguam nostram magnificabimus”.

10. *a nobis*] παρ’ ἡμῖν Cod. Alex. et

Clem. in Stromat. Conf. adnot. crit. ad p. 1, l. 11.

11. *egentium*] scribere visum est iuxta Gr. τῶν πτωχῶν. Codex “gentium.”

12. *exsurgam*] ab ipso librario correctum ex “exsurg&”.

11. “dicit” Gr.

12. *in salutarem*] Littera *m* tenui tantum linea indicatur.

14. *Sceptrum maiestatis Dei*] Locus iste librariorum vitio mire corruptus ita repraesentatur in codice : “Scriptum est : Maiestas Dei, etc”; quem tamen ope codicum Gr. et Syr. facile et tuto emendavi. Haec ipsa Clementis nostri verba a sancto Hieronymo laudantur Comm. in Is. 52, 13 (ap. Migne P. L. 24, 523), non quidem ex hac antiqua translatione sed libere ex graeco, ut sequitur : “Sceptrum Dei Dominus Iesus Christus pon venit in iactantia superbiae, cum possit omnia, sed in humilitate.”

Dominus] “noster” add. cod. Alex.

minus Ihesus Xpistus, non uenit cum sono gloriæ nec cum superbia, quamuis poterat, sed cum humilitate, quomodo Spiritus sanctus pro eo locutus est. Dixit enim : *Domine, quis credidit auditui nostro ? et brachium Domini cui reuelatum est ? Adnunciauimus* 5 *coram ipso : tamquam radix in terra sitienti ; non est ei facies nec honor ; et uidimus illum, et non habebat speciem nec decorum, sed aspectus eius deficiens et deformis p̄rae forma hominum. Homo in plaga et dolore, sciens ferre infirmitatem ; quia auersata est facies* 10 *eius, fastidiata est et spreta. Hic peccata nostra portat et propter nos dolet : et nos putauimus esse illum in dolore et plaga et uexatione. Et ipse uulneratus est propter peccata nostra, et | fol. 108 | infirmatus est propter iniquitates nostras. Doctrina pacis nostræ in eo, plaga* 15 *illius sanati sumus nos. Omnes tamquam oues errauimus, homo a uia sua errauit ; et Dominus tradidit eum pro peccatis nostris, et ipse propter maletractationem non aperuit os. Tamquam ouis ad occisionem ductus est, et tanquam agnus ante eum qui se tonderet mutus, sic non* 20 *aperuit os. In sua humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrauit ? quia tollitur a terra uita illius. Propter iniquitates populi mei deuenit in mortem. Et dabo malos pro sepultura eius, et diuites pro morte illius : quia iniquitatem non fecit, nec dolus* 25 *inuentus est in ore eius. Et Dominus uult emundare*

4. *Dixit*] Gr. "dicit". Is. 53, 1-12.

ἐκλείπουν.

6. *coram ipso*] ὡς παθίον interpres praetermisit, aut librarius.

19. 21. *aperuit*] Gr. "aperit" (ἀνοίγει)

7. *non habebat speciem*] Erat primum "non speciem habebat".

21. *os*] αὐτοῦ addit Gr., quod pronomen Latinus interpres et Syrus pariter cum ἐν τῇ ταπεινώσει coniungunt.

8. *deficiens et deformis*] Gr. ἀτιμον,

22. *enarrauit*] lege "enarrabit".

eum a plaga. Si dederitis uos pro peccato, anima uestra uidebit semen diuturnum. Et uult Dominus auferre a labore animam eius, et ostendere illi lumen, et formare consilio, iustificare iustum bene seruientem multis; et 5 peccata ipsorum ipse portat. Propterea ipse heres erit multorum, et fortium partietur spolia: propter quod tradita est in morte anima eius, et cum inquis deputatus est, et ipse multorum peccata portauit, et propter peccata eorum traditus est morti. Et iterum dixit: Ego sum 10 uermis et non homo, obprobrium hominum et abiectione plebis. Omnes qui uiderunt me deriserunt me, locuti sunt labiis et mouerunt caput, et dixerunt: Sperauit in Domino, eripiat illum; saluum faciat eum, quoniam uult eum. Uidete, fratres, quale exemplum datum est nobis. 15 Si enim Dominus noster sic humiliauit se, quid faciamus nos, qui iugo gratiae eius per eum uenimus?

XVII. Imitemur illos, qui in pellibus caprinis et melotes ambulauerunt prædicantes aduentum Xpisti: dicimus autem Eliam et Eliseæ et Ezechiel prophetas, 20 et eos quibus testimonium datum est. Habrae magnifice datum est testimonium, et ideo amicus Dei cognominatus

1. *anima uestra*] scripsi, quamvis librarius, haud satis intellecto verbo “dederitis”, scribendum sibi esse duixerit “animas uestras”. — *uidebit*] intactum ipse servaverat; sed mox additae sunt duae litteræ *is*, ut legeretur “uidebitis”. Lectionem primigeniam restitui ex Gr. ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται.

3. *et*] ante “ostendere” om. Gr.
formare consilio] scripsi secundum Gr. πλάσαι τῇ συνέσει. Cod. “firmare consilium”.

5. *portat*] Gr. “portabit.”

9. *morti*] om. Gr.

18. *dixit*] (Gr. “dicit”). Ps. 21, 7-9.

Ego] “autem” add. Alex. et Syr.

12. *et dixerunt*] om. reliqui mss.

14. *fratres*] “viri dilecti” Gr.

15. *faciamus*] Ita cod. Alexandr.; Const. vero “faciemus”.

16. *iugo*] Gr. “sub iugum”.

18. *melotes*] (Gr. μηλωταῖς) nolui mutare in “melotis”.

19. *Eliseæ*] pro “Elisæe” iuxta Gr. Ἐλισαῖ. Diphthongus æ postea mutata est in um, ut fieret “Eliseum”. Post Ἐλισαῖ cod. Alex. add. ἔτι δέ.

20. Ante “et eos” codd. Gr. et Syr. add. “praeter hos”.

est; qui dixit intuendo maiestatem Dei humiliando se: *Ego sum terra et cinis.* Et de Iob scriptum est sic: *Et erat Iob iustus sine querella, uerax homo, timens et colens Deum, et abstinenſ se ab omni mala re.* Sed tamen hic de se detraxit dicens: *Nemo est mundus a sorde, nec si unius diei fuerit uita eius.* Moyses fidelis in omne domo Dei dictus est, cuius per ministerium Deus dampnauit Ægyptum poenis et tormentis sœuis. Sed et hic honoratus a Deo magnifice non locutus est magnum uerbum, sed dixit, cum de rubo loquebatur cum eo: *Qui sum ego, ut mittas me, ut educam plebem tuam? quia ego sum gracili uoce et tardus lingua.* Et iterum dixit: *Ego sum uapor ab olla.*

XVIII. Et | f. 108^v | quid uero dicemus propter Dauid, cui testimonium datum est, propter quem dixit Deus: *Inueni hominem secundum uoluntatem cordis mei, Dauid filium Iesse; in misericordia sempiterna unxi eum?* Et tamen hic dixit ad Deum: *Miserere mihi secundum*

2. Gen. 18, 27.

2-4. Iob 1, 1.

3. *querella*] Prior e duabus litteris 1 postea deleta est puncto subposito.

timens et colens Deum] Gr. θεοσεβής.

4. *male re*] Ita cod. Syr. et LXX, πονηροῦ πράγματος; reliqui mss. "ab omni malo".

5. *dicens*] Iob 14, 4-5.

6. *in omne*] Ita codex.

7. *Dei*] "eius" cod. Alex.; om. Const. Cf. supra p. 4, l. 6, etc.

8. Pro "sævis" in Gr. habetur αὐτῶν, quod quidem haud ita facile intellegitur. Aliud quid legebat Latinus noster, fortasse δεινῶν, nam αἰχλαμάτα δεινά § 6 "poenas saevas" interpretatus est.

9. *a Deo*] om. Gr. Dubito an scriben-

dum sit "adeo", licet codex distincte exhibeat "a Deo".

10. *Qui*] nolui mutare in "quis". — Exod. 3, 11; 4, 10.

11. *ut educam plebem tuam*] Latinus noster solus addidit.

12. 18. "dicit" Gr.

16-17. Cf. Ps. 88, 21.

16. *secundum uoluntatem cordis mei*] Gr. brevius κατὰ τὴν χαρδίαν μου.

17. *in misericordia*] Funk potiore existimavit lectionem codicis Syriaci et Clementis Alexandr. "in oleo". At vero Graecus uterque lectionem alteram exhibet; neque aliter legisse videtur S. Hieronymus, Comm. in Is. c. 55, v. 3 (Migne P. L. 24, 551).

18. sqq. Ps. 50, 3-19.

mihi] "Deus" add. Gr.

*magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem
 misericordiae tuæ dele peccatum meum. Magis magisque
 laba me ab iniusticia mea, et a peccato meo munda me;
 quia iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum
 5 contra me est semper. Tibi soli peccavi, Deus meus, et
 malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis,
 et uincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus con-
 ceptus sum, et in delictis concepit me mater mea. Ecce
 enim ueritatem dilexisti: incerta et occulta salutis ma-
 10 nifestasti mihi. Asperges me ysopo, et mundabor: lauabis
 me, et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gau-
 dium et laetiam, exultabunt ossa humiliata. Auerte
 faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas
 dele. Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum
 15 innoua in uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua,
 et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi
 laetiam salutaris tui, et spiritu principali confirma
 me. Doceam iniquos uias tuas, et impii ad te conuerten-
 tur. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ:
 20 exaltabit lingua mea iustiam tuam. Domine, labia
 mea aperies, et os meum adnunciat laudem tuam.
 Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique: holo-*

3. *laba me*] scripsi. Cod. "labia mea". Iterum infra betacismi vitium appetet § 44 "imbidia".

5. *Deus meus*] reliqui mss. om.

9. *salutis*] Ita codex; Gr. "sapientiae tuae". Attamen Syrus quoque om. "tuae".

10. *Asperges*] Litera e postea addita est, ut legeretur "aspærges".

18. *doceam*] = "docebo". Cf. Roensch, p. 290.

20. *exaltabit*] Scribendum fuisse

"exultabit" facile conicias ex. Gr. ἀγαλλάσσεται. A priore tamen lectione discedere nolui, quippe quae antiqua esse videatur: neque enim eam ab homine saeculi undecimi primum prolatam esse putaverim.

20-21. *labia mea... et eos meum*] Ita codex Syr. cum Hebr. et LXX: in cod. Alexandr. verborum ordo permutatus est.

21. *adnunciavit*] v pro b.

caustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contribulatum et humiliatum Deus non spernet.

XIX. Cum ergo tanti sint et tales, quibus testimonium datum est, et humiliauerunt se propter obaudientiam Dei, non per se nos, sed et qui ante nos fuerunt in seculo, meliores fecerunt, et eos qui perceperunt eloquia eius cum timore et ueritate. Multa ergo et magna et ornata cum perceperimus, recurramus ad eam quae ab initio tradita est nobis pacis formula, et intueamur in patre et creatore omnis orbis terrarum, et magnis et immensis pacis illius donis hereamus. Uideamus illum sensu nostro, et intueamur oculis animæ nostræ in uoluntate pacientiæ illius. Intellegamus quod sine ira est in omnem creaturam suam. ¹⁵

XX. Cæli illius dispositione commouentia secum pace obaudiunt illi; dies et nox datum sibi ab eo cursum explicant, nihil inter se impedientes. Sol et luna et stellarum chorus secundum iussum illius cum concordia sine omni preuaricatione explicant iussos fines sibi. Terra ²⁰

1-2. *contribulatus: cor contribulatum*] Similiter in graeco repetitur verbum συντετριμένην.

5. *humiliauerunt se*] Quæ add. Gr. καὶ τὸ ὑποδεῖς in translatione nostra omittuntur.

6. *Dei*] voci "obaudientia" libenter addit interpres. Cf. supra p. 10, l. 7 et 14.

per se] Gr. μόνον. Eadem fere vis locutionis "per seipsum" apud antiquissimum Irenæi interpretem lib. IV, c. 7, n. 4.

9. *ornata*] Gr. ἐνδέξων. Cf. supra, p. 8, l. 2.

10. *intueamur*] a sup. lin. add. 1 m.

in patre] Conf. supra p. 8, l. 5 et infra l. 13.

13-14. *in uoluntate pacientiæ illius*] Idem dicendi modus ac supra p. 13, l. 19. Gr. εἰς τὸ μακρόθυμον ἀντοῦ βούλημα.

14. *quod*] fort. pro "quomodo". Gr. πῶς. Ita etiam infra § 21 "scimus quia ubique...".

16. *commouentia*] nolui mutare in "commouentes".

se cum] Cod. uno tenore "secum".

18. *impedientes*] scripsi. Ms. "impe-dient ei".

stellarum] Ita codex.

20. *preuaricatione*] Ita legitur in cod. Const. παραβάσεως: quod vocabulum

fructiferans secundum uoluntatem | fol. 109 | illius suis temporibus multiplicatos hominibus et bestiis et omnibus animalibus quæ sunt in ea proferet cibos, nihil dubitans nec permutans decretorum Dei. Abyssorum quoque inexscrutabilia qui sita et inferum inenarrabilia iudicia eisdem decretis Dei continentur. Et infinitum mare, secus uoluntatem Dei collectum in congregations suas, non preterit circumdata sibi claustra, sed quomodo iussit illi Deus, sic facit; quia dixit mari: *Hucusque uenies, et fluctus tui in te confringentur.* Oceanus infinitus hominibus et omnis orbis terrarum eisdem iussis Domini Dei obaudient. Tempora uerina et æstiuia et quomodo intellectui officiat, sicuti Lightfoot pronuntiavit, haud equidem video. Si enim ad stellas oboedientiae et concordiae virtutes transferuntur, quidni etiam vitium prævaricationis? Neque idcirco fastidio habendam, immo optimam esse dixerim lectionem codicis Alexandrinī παρεκθάσεως.

2. *multiplicatos... cibos*] Ms. "multiplicat". Duas litteras *os*, quae eadem tenui nota ac litterae *us* in fine vocabulorum nonnunquam indicantur, quaeque ideo a librariis saepius omissae sunt, restituendas esse censui iuxta Gr. τὴν πανπλήθη... τροφήν.

3. *proferet*] = profert. Roensch, p. 286.

4. *Dei*] ὑπ' αὐτοῦ. Cf. supra p. 4, l. 6; p. 18, l. 7, etc.

5. *inexscrutabilia qui sita*] Primum scriptum erat "quisita"; deinde tenuis linea est interposita, qua significaretur primam syllabam distinguendam esse ab ultimis duabus. Difficilis utrubique, immo intellectu fere carens lectio, nisi forte scribendum fuisse dicas "inexscrutabilia quaesitu". Una vox in Gr. legitur ἀνεξιγίαστα.

inferum] = inferorum.

6. *iudicia*] Vides ab interprete nostro retentam vocem χρήματα, quam invitit

codicibus Funk aliisque in κλήματα mutare non haesitarunt, Lightfoot vero vir acutissimus servandam esse censuit.

Dei] om. Gr.

Et] ante "infinitum" om. Gr.

infinitum mare] Gr. plenius: τὸ κύτος τῆς ἀπέτρου θαλάσσης.

7. *secus*] = secundum.

voluntatem Dei] Gr. δημιουργίαν αὐτοῦ.

9. *Deus*] Iterum add. solus Latinus.

mari] om. Gr. — Iob 38, 11.

10. *infinitus*] i. e. ἀπέραντος, prout legitur non solum in codd. Alex. et Const. sed etiam apud Clementem iuniorem, Dionysium Alex. et Didimum. Altera lectio ἀπέραντος (= intransmeabilis), quam recentiores plerique suo assensu comprobarunt, in cod. Syr. et apud Originem invenitur.

11. *et omnis orbis terrarum*] Scrupulo quodam motus fuisse videtur Latinus noster, ne totam vim graecorum verborum exprimeret, i. e. "et qui trans ipsum sunt mundi". Cf. S. Augustin. De Civ. Dei, lib. 16, c. 9.

12. *Dei*] om. Gr.

uerina] Tentavit postea quidam eradere litteram *i*, verum ita leviter ut vocabulum integrum servare non dubitaverim. Cf. graecum ἐαρινοί.

autumnina et hiemalia cum pace decedunt inter se. Uen-
torum pondera secundum tempus suum ministrationem
suam sine impedimento perficiunt. Perhennes etiam
fontes, ad saturitatem et sanitatem creati, sine intermis-
sione prestant hominibus uitæ alimenta. Minima etiam
animalia congregations suas cum concordia et pace
faciunt. Omnia hæc creator magnus Deus meus cum pace
et concordia iussit esse, curam omnium habens, super
omnia autem nostrum, qui confugimus ad misericordiam
ipsius per Dominum Ihesum Xpistum, per quem Deo ¹⁰
et Patri sit honor, maiestas in secula seculorum. Amen.

XXI. Uidete, fratres, ne multæ indulgentiæ illius
fiant nobis in dampnationem, si non digne illo conuer-
semur, benefacientes quæ placent illi coram eo. Dixit
enim : *Spiritus Domini lucerna scrutans promptuaria* ¹⁵
cordis. Sciamus itaque quia ubique prope illum sumus,
et nihil latet illi cogitationum et consiliorum quæ facimus.
Itaque iustum est, non desertores nos esse a uoluntate
illius. Magis hominibus dementibus, qui sunt sine sensu,
et exaltantes se et gloriantes superbe in uerbis suis offen-
damus, quam Deum aut Dominum Ihesum Xpistum,
cuius sanguis pro nobis datus est. Uereamur eos qui pro

5. *alimenta*] Gr. μαζούς, i. e. ubera.

7. *Deus meus*] Mendum esse existimo
pro "dominus omnium" quod in Gr.
legitur.

10. *per quem Deo*] Adverte doxologiam
non ad Christum, sicut in graeco, sed
per Christum ad Patrem referri.

11. *honor*] " et " add. Gr.

12. *fratres*] Gr. ἀγαπητοι.

13. *nobis*] " omnibus " add. cod.
Alex.

14. *Dixit*] " Dicit " Gr.

15. *enim*] " alicubi " add. Gr.— Prov.

20. 27.

16. *quia ubique prope illum sumus*]
Gr. brevius : πῶς ἐγγένες ἔστιν.

17. *cogitationum*] " nostrarum " add.
Gr.

21. *aut*] om. Gr. in quo etiam illud
quod sequitur " Dominum Jesum " etc.,
pendet ex verbo " uereamur ".

22. *qui pro nobis sunt*] Gr. τοὺς
προηγουμένους ἡμῶν.

nobis sunt : uerecundemur seniores honorem illis tribuentes, iuniores doctrinam doceamus timoris Dei, et uxores nostras ad bona corrigamus, ut dignos amore mores castitatis approbent, et sinceram mansuetudinis suæ voluntatem palam faciant, et quietam linguam suam per taciturnitatem adprobent, caritatem suam, non favorabiles in quosdam, sed omnibus timentibus Deum sancte et æqualem et similem prestant. Nati nostri doceantur in Xpisto, ut discant quid potest humiliatio apud Deum, et quomodo timor illius bonus et magnus est, et omnes saluos facit, qui in eo sancte conuersantur corde puro et cogitatione sincera. Timor enim Dei scrutator cogitationum et intellectus, Dei, cuius spiritus in nobis est, quem si uolet auferret a nobis. | f. 109v |

15 XXII. Hæc autem omnia confirmat fides in Ihesum Xpistum, qui per Spiritum sanctum sic nos uocat et

1. *seniores*] “nostros” add. codex.
Alex.

3. *dignos amore mores*] Hoc modo scribendum esse existimavi iuxta Gr. τὸ δικαιόπεπτον τῆς ἀγνείας ἡθος (ap. Clem. Alex. ἡθος τῆς ἀγνείας), quamvis in codice “dignos more” tantum legatur.

5. *quietam linguam suam*] Gr. “moderationem linguae suae”.

per taciturnitatem] Cod. Alex. “per vocem”, quod quidem vix potest intellegi.

7. *sancete*] ad verbum “praestent” pertinere Lightfoot recte arbitratus est; quod tamen Funk aliisque cum “timentibus” coniungere maluerunt.

et æqualem et similem] Una vox in Gr. ἰσην.

8. *nostri*] Ita cod. Syr., Clem. Al., Lightfoot; codices vero Alex. et Const. δικῶν, quam lectionem etiam Funk in textum recepit. Sed cum ubique in praecedentibus articulis legatur ἡμῶν, non est

quare hic pronomen subito mutetur.

9. *apud Deum*] Gr. addit “quid valet casta caritas apud Deum”; quae verba in codice nostro omissa sunt, fortasse propter homoeoteleuton.

11. *corde puro et cogitatione sincera*] Gr. tantummodo ἐν καθερῷ διανοΐᾳ; attamen Clemens Alex. (P. Gr. 8, 1316) vocem καρδίᾳ retinuit.

12. *Timore Dei*] non repetitur in Gr. *scrutator*] “est” add. codd. Alex. et Const., omittit vero Clem. Alex.

13. *Dei*] ante “cuius” unus ex omnibus noster addidit; qui quidem videtur more suo legisse Θεοῦ pro αὐτοῦ, quod in graeco post “spiritus” habetur. Cf. adn. crit. ad. p. 21, l. 4, etc.

14. *auferret*] = auferet. Scriptum erat “auferre”; posteriore manu additum est in margine “ret”.

15. *Ihesum*] om. Gr.

16. *uocat et hortatur*] Gr. uno verbo: προσκαλεῖται.

hortatur: *Uenite, filii, audite me: timorem Domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, et cupit uidere dies bonos? Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo et fac bonum, inquire pacem et consequere eam. Oculi Domini super iustos, et aures eius in præces eorum: uultus Domini super facientes mala, ut disperdat de terra memoriam eorum. Clamauit iustus, et Dominus exaudiuit eum, et de omni tribulatione liberauit eum. Multæ sunt poenæ peccatorum: nam sperantes in Dominum misericordia consequetur.*

XXIII. Misericors ergo et indulgens pater habet uiscera ad timentes eum, et cum pace et mansuetudine gratiam suam tribuet accendentibus ad eum simplici et sincera uoluntate. Itaque non dubii simus, nec diffidat anima nostra propter immensa et gloriosa munera illius in nobis. Longe sit scriptura hæc a nobis quæ dixit: *Miseri hi sunt qui dubitant, non credentes animæ, qui dicunt: Hæc audiebamus sub patribus nostris, et ecce senuimus, et nihil nobis horum contigit. O insensati,*

1. *Uenite* etc.] Ps. 33, 12-18. 20.
7. *disperdat*] lege “disperdat”.

9. *tribulatione*] Gr. “tribulationibus eius”. In eo tamen convenit interpres noster cum Clemente Alex., quod hic pronomen “eius” similiter omittit.

10. *nam*] = “autem”, ut supra p. 14, l. 14 et p. 15, l. 6 etc.

“sperantes”] Ita cod. Alex.; reliqui vero “sperantem”.

11. *consequetur*] scripsi. Cod. “consequentur”. Gr. κυκλώσει, pro quo nos-

trum διώξει legisse mihi suspicio est. Cf. supra lin. 5.

12. *Misericors ergo*] “ergo” om. Gr. sed inserit χατὰ πάντα, quod quidem in ep. ad Hebr. 4, 15 = “per omnia”.

14. *tribuet*] = “tribuit”.
“simplici et sincera”] Gr. uno verbo: ἀπλῆ. Cf. p. 23, l. 7, 11 et 16.

15. *diffidat*] Recte igitur Bryennius verbum ινδιλλέσθω “ταυτόσημον τῷ διηγήσιν, ἐνδαιτάειν, καὶ ισοδύναμον τῷ διψυχεῖν” existimat; quod Funk post Harnack vertere maluit “efferratur”.

17. *in nobis*] om. Gr.
“dixit”] Gr. “dicit”.

18. *qui dicunt*] scripsi. Cod. “quæ”.

comparate uos ligno, sumite uineam: primum folia mittit, deinde flos nascitur, deinde fit uua acerba deinde matura presto est. Uidete quia tempore breui ad maturitatem deuenit fructus ligni. Reuera cito enim erit, et subito consummabitur uoluntas Dei, affirmante scriptura: Cito uenit et non tardabit, et subito ueniet Dominus in ædem suam, et sanctus quem uos expectatis.

XXIV. Consideremus, fratres, quomodo palam facit Dominus et ostendit nobis futuram resurrectionem, cuius inceptionem fecit Dominum Ihesum Xpistum filium suum, quem a mortuis suscitauit. Uideamus, fratres, cotidianam resurrectionem diei et noctis. Nox dormitio est, dies surrectio; dormit nox, surgit dies. Uideamus et fructum: seminatio quomodo fit? Exiit qui seminat, et seuit in terra: primum resoluitur, deinde post solutionem maiestas Dei prouidentiæ suæ suscitat illud, et crescit, et adferet fructum de uno grano multum.

1. *primum folia mittit*] Gr. "foliis nudatur" (φυλλορεῖ), pro quo Latinus interpres fortasse legebat φυλλοφυεῖ aut φυλλοφορεῖ. Tum haec verba idem omittit quae in Gr. proxime sequuntur: "postea fit germen, deinde folium".

5. *Dei*] Rursus Θεοῦ pro αὐτῷ.

6. *uenit*] Gr. "veniet".

7. *ædem*] Manu posteriore sed antiqua sup. lin. perperam additum est "vel s", quo significaretur posse quoque legi "sedem".

8. *fratres*] Gr. "dilecti", ut supra p. 22, l. 12.

9. *palam facit et ostendit*] Gr. "ostendit perpetuo" (διηνεκῶς). An forte legit noster δηλωτικῶς aut quid simile?

10. *Dominum*] scripsi; Cod. "dominus".

11. *filium suum*] om. reliqui mss.

12. *fratres*] Gr. "dilecti".

13. *cotidianam*] Gr. "quae fit suo tempore"; Syr. "in omni tempore".

14. *diei ac noctis*] om. Gr. sed continuo haec addit, quae in codice nostro praetermittuntur: "Dies et nox resurrectionem nobis ostendunt".

15. *Nox dormitio ... surgit dies*] Tau-tologiam esse manifestum est. Revera in Gr. semel legitur: "cubat nox, exsurgit dies"; tum aliud additur, quod praetermisit interpres: "dies abit, nox supervenit".

16. *quomodo*] Gr. plenius: πῶς καὶ τίνα τρόπον.

17. *in terra*] Iterum om. scriptor "unumquodque seminum, quae nuda et arida ceciderunt in terra", propter iterationem verborum "in terra".

18. *adferet*] = "ad fert". Conf. supra p. 21, l. 3.

XXV. Uideamus et hanc rem miram, quæ fit in re-gione orientis, in loco Arabiæ. Auis enim, quæ uocatur fenix, et est unica, hæc uiuit annis . d . Quæ, cum appro-piauerit finis mortis eius, facit sibi thecam de ture et myrra et ceteris odoribus; et impletum scit esse sibi tempus uitæ, ibi intrat et moritur. Et de umore carnis eius nascitur uermis, qui ibi enutritur, et tempore suo fit pinnatus in auem | fol. 110 | qualis ante fuerat. Et cum fortis factus fuerit, tollit thecam illam in qua ossa prioris corporis illius sunt, et portat illam e regione Arabiæ usque 10 in Ægyptum, in colonia quæ uocatur Solis ciuitas; et interdie palam omnibus uidentibus aduolat, et consedet super aram solis, et ibi ponit eam, et iterum reuertitur unde uenit. Tunc sacerdotes inquirunt scripturas tem-porum, et inuenient illam quingentesimo anno suppleto 15 uenisse.

XXVI. Magnum ergo et mirabile putamus esse, si Deus omnium creator resurrectionem faciet eorum qui seruiunt illi sancte et bona fide, ubi per auem palam facit uobis maiestatem et ueritatem promissionis suæ? 20

5. *et impletum*] Legendumne “ et ut impletum ”? Deesse aliquid nemo non videt.

6. *uite*] om. Gr. sed habet Syr.

umore] Perperam super versum ad-dita est littera *h*, ut fieret “ humore ”.

6.8. Auctoris quidem sensum hoc loco reddidit interpres, verborum se-riem non item.

8. *pinnatus*] posteriore manu muta-tum est in “ *pennatus*

9. *prioris corporis illius*] Gr. τοῦ προγενέτος = parentis, antecessoris.

10. *et portat illam*] Gr. “ eaque (ossa) portans perficit iter.”

e regione] scripsi; Cod. “ in regione ”.

11. *colonia*] de suo addidit homo Latinus.

12. *interdie*] Ita codex.

et consedet] deest in Gr.

13. *eam*] i. e. thecam; Gr. αὐτά. sc. ossa.

15. *inuenient*] = “ inveniunt ”. Habes futurum “ *invenibo* ” apud Roensch, It. et Vulg. p. 292.

18. *Deus*] om. Gr.

19. *bona fide*] Gr. “ in confidentia fidei bonae ”.

20. *uobis*] Legendum “ nobis ”, ut in Gr.

et ueritatem] om. reliqui mss.

Sicut scriptum est in propheta: *Suscitabis me, et confitebor tibi.* Et iterum scriptum est: *Ego dormiui et soporatus sum; exsurrexi, quoniam tu, Domine, tecum es.* Et iterum dixit in Iob: *Suscitabis corpus meum, quod 5 multa mala passum est.*

XXVII. Itaque hac spe hereant animæ nostræ ad eum, qui uerus est et potens et iustus in iudicando. Qui enim precipit non mentiri,... Itaque fides illius in nobis firmetur, et intellegamus quia omnia uerbo 10 maiestatis suæ fecit, et uerbo potest ea deicere. Et quis illi dicit: Quare fecisti? Aut quis contrastabit fortitudini uirtutis eius? Quia, cum uolet, et quomodo uult, faciet illa, et nihil preterient quae constituta sunt a Deo. Omnia enim in conspectu eius sunt, et nihil latet uoluntatem 15 eius. Si cœli enarrant maiestatem Dei, et opera manuum illius adunciat firmamentum; si dies diei eructuat uerbum, et nox nocti indicat scientiam, et non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum:

1. *sicut scriptum est in propheta: Suscitabis*]. Gr. paulo aliter: " Dicit enim alicubi: Et suscitabis " etc.

2. *iterum scriptum est*] om. Gr.
Ego dormiui] Ps. 3, 6.

3. *Domine*] om. Gr.

4. " *dicit*" Gr. — Iob 19, 26.
corpus meum, quod multa mala etc.]
Gr. " carnem meam hanc, quæ passa
est omnia haec".

6-7. *hereant... ad eum* scripsi; Codex
"erant...ad Deum"; Gr. ποσθεδέσθωσαν...
τῷ πιστῷ.

7. *uerus est*] Gr. omissio " et potens "
add. " in promissionibus ".

8. *non mentiri*] Hic quoque supple-
da verba a scriptore omissa propter

homoeoteleuton: " multo minus ipse
mentietur, nihil enim impossibile apud
Deum praeterquam mentiri ".

9. *quia omnia*] Rursus orationis articulum praetermitit librarius ob iterata-
tam vocem " omnia ". Gr. ita: " quia
omnia propinqua ipsi sunt; omnia ver-
bo maiestatis " etc.

11. *dicit*] lege " dicet ".

13. *preterient*] Legendum videtur
" praeterier ", subaudiendo " ex his ".
a Deo] Gr. " ab eo ".

15. *Si cœli* etc.] Ita interpuncta sunt
verba in codice nostro, ut potius cum
initio capituli sequentis iungenda esse
videantur.

XXVIII. Propter omnia ergo, quæ uidentur et audiuntur, timeamus Deum, et relinquamus malorum factorum immundas uoluntates, ut misericordia illius tegamur a iudicio futuro. Ubi enim aliquis nostrum poterit fugere a manu forti illius? et quæ creatura recipiet eum, qui recessit a Deo? Dicit enim scriptura: *Ubi fugiam, et ubi me abscondam ante faciem tuam? Si ascendam in cælo, tu ibi es; et si ibo in fundamenta terræ, ibi manus tua tenebit me; et si descendero in abyso, ibi est spiritus tuus.* Ubi ergo aliquis ibit, aut quo fugiet ab illo, qui omnia continet?

XXIX. Accedamus ergo ad eum cum sanctitate animæ puræ et intaminatas manus levantes ad eum, diligentes mansuetum et misericordem patrem nostrum, qui elegit nobis partem. Sic enim scriptum est: *Cum dispartiebat Excelsus gentes, cum disparsit filios Adam, statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei; et facta est pars Domini plebs illius Iacob, mensura f. 110^v hereditatis illius Israhel.* Et in alio loco dixit:

1. *audientur*] = “audiuntur”. De forma futuri “audibō” conf. Roensch, p. 292.

2. *Deum*] Gr. “eum”.

4. *iudicio futuro*] Ita Syr. ubi Gr. plurali numero τῶν μελλόντων χριμάτων.

5. *que creatura*] Gr. ποῖος δὲ κόσμος.

6. *a Deo*] “ab eo” Gr. enim] “alicubi” add. Gr. quod interpres more suo praetermittit.

6-10. Ps. 138, 7-10.

fugiam] Gr. “ibo” ἀφήσω. Clemens vero Alexandrinus, Strom. IV, 22, haud secus ac noster legebat φύγω.

8. *in fundamenta*] Gr. εἰς τὰ ἐσχάτα, quod plerique interpretantur “ad extrema”.

9. *tenebit me*] om. reliqui mss. et Clem. Al.

descendero] Ita Clem. Alex. et LXX; codices vero Gr. et Syr. “stratum posuero” χαταστρώσω.

12. 13. *ad eum*] Codex “ad Deum”, ut plerumque: quem hic saltem corrigendum esse duxi.

animæ puræ] Gr. “animaæ, puras” etc.

15. *nobis*] Legendum esse videtur iuxta Gr. “nos sibi”, licet ἡμᾶς cod. Alex. omittat. Ita nempe in Ps. 46, ubi nos legimus “Elegit nobis hereditatem suam”, alii codices hanc lectionem exhibent: “Elegit nos in hereditatem sibi” (Migne P. L. 29, 212).

scriptum est] Deut. 32, 8-9.

19. et p. sq. l. 13. 14. Gr. “dicit”.

*Ecce Dominus sumet sibi gentem de medio gentium,
quomodo sumet homo initiationem areæ sibi; et exient
de gente illa sancta sanctorum.*

XXX. Pars ergo sancta quia sumus, faciamus omnia
5 opera sanctitatis, fugientes detractiones inmundas, ob-
scenos etiam amplexus, et ebrietates, omnes adinuen-
tiones, inimicas uoluntates, et inmundam moechiam, et
abominandam superbiam : quia Deus superbis contrarius
est, nam humilibus dat gratiam. Hereamus ergo illis,
10 quibus gratia a Deo data est. Induamur concordiam,
humiliantes nos, et abstinentes ab omnibus malis, et ab
omni susurratione et detractione longe recedentes, operi-
bus iustis iustificemur, non uerbis. Dixit enim : *Qui
multa dixit, e contra audiet; et qui multum loquitur,
15 non potet se iustum esse. Benedictus natus mulieris; ne
copiosus sis in uerbis.* Laus nostra sit in Deo, non a no-
bis : quia laudantes se odit Deus. Testimonium nobis
operum bonorum nostrorum detur ab aliis, quo modo
datum est parentibus nostris iustis. Petulantia et audatia
20 et contumelia et temeritas maledictis a Deo; nam clemen-
tia et humilitas et mansuetudo apud benedictos a Deo.

XXXI. Hereamus ergo benedictioni Dei, et uideamus

4. *sancta*] Ita codd. Const et Syr. ;
Alexandr. vero “ *sancti* ”.

5. *inmundas*] connectit cod. Alex.
cum συμπλοκάς, amplexus ; codd. Const.
et Syr. cum “ *detractiones* ”.

6. *omnes*] om. Gr.

8. *Deus*] “ *inquit* ” add. Gr.

9. *nam*] = “ *autem* ”, prout supra
non semel adnotavi.

11. *ab omnibus malis*] om. Gr.

13-16. Iob 11, 2-3.

14. *e contra*] pro “ *et contra* ”? Gr.
καὶ ἀνταχούσεται.

15. *potet*] (= *putet*) scripsi iuxta Gr.
οὕτεται Cod. “ *potest* ”.

mulieris] “ *brevis vitae* ” add. Gr.

18. *detur*] (Gr. διδόσθω) scribere non
dubitavi, licet in codice legatur “ *de
cura* ”.

19. *Petulantia ... temeritas*] Tria
tantum in Gr. vitia enumerantur : θρέσος
καὶ αὐθαδεια καὶ τολμα.

20. *nam*] = autem.

a Deo] om. cod. Const.

22. *Dei*] Gr. “ *eius* ”.

quæ sint uiæ benedictionis. Reuoluamus, quæ ab initio facta sunt. Propter quid benedictus est pater noster Abraham? Nonne propter iusticiam et ueritatem in fide quam habuit? Item Isaac, qui cum confidentiam sciens futurum libenter adducebatur ad uictimam. Et Iacob 5 cum humilitate exiit de terra sua propter fratrem suum, et abiit ad Labam, et seruit ei; et data est ei sceptra. XII. Israel.

XXXII. Quod si quis singula intuetur diligenter, cognoscet magnitudinis munera Dei, quae ipse dedit. 10 Ex ipso enim sunt nati sacerdotes et leuitæ, et omnes seruientes altari Dei; ex ipso Dominus Ihesus secundum carnem; ex ipso reges et principes et duces secundum Iudam. Cætera vero sceptra eius nec in modica gloria sunt, tanquam promittente Deo, quia *erit semen tuum 15 sicut stellæ celi*. Omnes itaque glorificati sunt et magnificati sunt, non propter se, aut propter opera sua, aut propter iusticiam quam operati sunt, sed propter uoluntatem ipsius. Et nos ergo, propter uoluntatem ipsius in Xpisto Ihesu uocati, non per nos iustificamur, neque 20

3. *in fide*] om. Const.

4. *Isaac*] ex "Isac" i manu corr.

cum] ante "confidentiam" propter iterationem eiusdem syllabæ librarius omisit. Gr. μετὰ πεποιθέσεως. Litteram *m* in fine vocabuli sequentis parasiticam esse facile perspicies.

7. *Labam*] *m* pro *n*. Cf. Roensch, p. 457.

est] nolui mutare in "sunt", licet id quidem corrector antiquus tentaverit. Nempe singulare ἀδόθη singulari curavit reddere fidus interpres. Alias huius rei exempla invenies apud Roensch, p. 435.

9. *singula*] *s* et *g* in rasura.

10. *magnitudinis*] lege "magnitudines" Gr. μεγαλεῖα.

munerum] Cod. "numerum".

Dei] om. Gr., supplendum tamen esse Lightfoot praesensit. Latinus noster ita hunc locum interpretatur, ut munera quidem Dei esse significet, sed a quo praestentur, utrum ab ipso Deo an vero ab Iacob, in incerto relinquat: nam pronomen "ipse" aequa ad Deum et ad sanctum patriarcham referri potest.

11. *et*] ante "omnes" om. Gr.

per nostram sapientiam uel prudentiam aut pietatem aut operum quæ dinumerauimus in sanctitatem cordis, sed propter fidem, per quam omnes qui a seculo sunt omnipotens Deus iustificauit: | fol. 111 | cui sit honor et gloria in secula seculorum. Amen.

XXXIII. Quid ergo dicemus, fratres? Cessabimus a bono facto, et derelinquemus caritatem? Nequaquam permittat Dominus in nobis hoc fieri, sed festinemus cum instantia et sollicitudine omne opus bonum perficere.
 10 Ipse enim constitutor et Dominus omnium in operibus suis lætatur. Magnifice enim uirtuti suæ cælos instituit, et incomprehensibili prudentia sua adornauit illos. Terram quoque separauit a circumtinente illam aqua, et stabiliuit supra diligentissimum sui consilii fundamen-
 15 tum. Animalia uero, quæ in ea crescent, sua dispositione iussit esse. Mare et quæ in illo animalia præparans inclusit sua uirtute. Super omnia fortissimum et omnibus maius hominem sanctis et puris manibus plasmauit suæ imaginis effigiem. Sic enim dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et fecit*

1. *aut operum*] = opera. Gr. ἡ ἔργων. Cf. infra § 41 “pro pontifice et illorum pr. ministrorum”.

2. *dinumerauimus*] κατελογισάμεθα pro κατεργασάμεθα?

sanctitatem] *m* parasiticum.

4. *honor et*] om. Gr.

6. *dicemus*] Consonat cod. Const. ἐροῦμεν; reliqui vero ποιήσωμεν.

11. *Magnifice e. uirtuti suæ*] Dativus Graecorum pro ablativo. Lege: “Magnifica e. virtute sua”.

13. *circumtinente*] Erat prius, ni fallor, “circu tenentem”. Posterior manus *m* post *u* addidit, tum litteram *e* syllabæ

sequentis mutavit in *i*, ac demum ultimam litteram erasit.

15. *que in ea crescent*] “crescent” pro “crescant” scriptum esse facile conicias. Neque vero ita redditur verbum graecum φοιτῶντα: fortasse φυτῶντα aut quid simile legebatur interpres.

16. *præparans*] iuxta lectionem codd. Const. et Syr. προετοιμάσας; Alex. vero προδημιουργήσας.

17. *omnibus maius*] Gr. addit “secundum intellectum”, quod Ioannes Damascenus pariter omittit. Cf. Lightfoot II, 102.

19 Gr. “dicit”. — Gen. 1, 26-27.

Deus hominem : masculum et feminam fecit eos. Hæc uero omnia perficiens, laudauit illa et benedixit et dixit: *Crescite et multiplicamini.* Uideamus quia in operibus nostris ornati sunt omnes iusti, et ipse Dominus operibus bonis ornando se gauisus est. Habentes igitur hoc exemplum, in pigre accedamus uoluntati eius: ex tota uirtute nostra operemur opus iusticiæ.

XXXIV. Bonus operarius cum fiducia accipiet panem operis sui; infirmus et remissus non perspicit oculis ad eum, qui ei prestat perficienda opera. Oportet ergo nos uoluntarios esse ad benefaciendum: ex ipso enim sunt omnia. Prædixit enim nobis: *Ecce Dominus, et merces eius ante faciem illius, reddere unicuique secundum opera sua.* Hortatur ergo nos, credentes ex toto corde sibi, non pigros neque remissos esse in omne opus bonum. Gloria nostra et fiducia sit in ipso, subdita uoluntati eius. Consideremus omnem multitudinem angelorum eius, quomodo uoluntati eius deseruunt adstantes. *Milia milium adstabant illi, et dena milia milium deseruebant ei.* Et clamabant: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth; plena est omnis maiestate creatura gloriæ eius.* Et nos itaque, in concordia simul congregati conscientiæ, tamquam ex uno ore uociferemur

2. *dixit*] Gen. 1, 28.

4. *nostris*] Haud dubium quin legendum sit "bonis", ut in reliquis mss.

5. *bonis*] cum nostro add. Const. et Syr.; om. Alex.

8. *accipiet*] = accipit. Cf. supra, p. 24, l. 14; p. 26, l. 15; p. 28, l. 1; p. 29, l. 1 et 2; p. 31, l. 15 etc.

9. *ad eum*] Codex perperam "ad deum".

12. *Prædixit*] ms. ut mos est, pro "praedicit". — Is. 40, 10; 62, 11.

16. *subdita*] Codd. Gr. ὑποτασσώμεθα; legebat forte noster ὑποτασσόμενα.

18. *adstantes*] Inserit Gr. "Dicit enim scriptura".

19-22. Dan. 7, 10; Is. 6, 3.

21. *maiestate*] om. Gr.

22. *itaque*] scripsi; codex "idque"; Gr. οὖν.

23. *conscientiæ*] Dativus pro ablativo, Graecorum more (τῇ συνειδήσει). Cf. supra, p. 31, l. 11.

ad illum instanter, ut participes esse possimus magnarum et honorificentissimarum promissionum eius. Dicit enim : *Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Dominus sustinentibus eum.*

5 XXXV. Quam beata et mirabilia, dilectissimi, munera Dei ! Uita cum immortalitate, ueritas cum fiducia, fides cum confiden | f. 111^v | tia, abstinentia cum sanctitate: et hæc quæ incident cogitationi nostræ. Quæ utique sunt, quæ præparabuntur sustinentibus? Creator et pater secu-
10 lorum per omnia sanctus ipse nouit qualitatem et decorum illorum. Nos ergo certemur inueniri in numero sustinentium, ut percipiamus repromissa dona. Quomodo autem erit hoc, carissimi? Si et confirmata fuerit mens nostra fideliter ad Deum; si exquiramus placita et
15 accepta ei; si perficiamus quæ pertinent ad inmaculatam uoluntatem eius, et secuti fuerimus uiam ueritatis; si procientes a nobis omnem iniquitatem, maliciam et cupiditatem, contentiones, malignitatēs et dolos, susurrations et contumacias et contumelias et superbiam et uanam

2. *honorificentissimarum*] Superlativum positivi loco. Lege Roensch, op. cit., p. 415 sq.

3. *Quæ*] codd. Const. et Syr.; om. Alexandr.

4. *Dominus*] om. Alex.

sustinentibus] Ita cod. Alex.; Const. vero et Syr. "diligentibus".

5. *dilectissimi*] Gr. "dilecti". Cf. supra l. 2.

6. *immortalitate*] In Gr. additur : "splendor in iustitia"; quae verba interpreti vel librario nescio qua de causa exciderunt.

8. *quæ incident*] (= "incident" cf. p. 15, l. 31) scripsi; Cod. "indicent". Legebant noster cum Syr. ὑποπίπτοντα

pro ὑποπίπτει πάντα quod in cod. Const. habetur.

11. *certemur*] Cf. supra "certatae sunt" p. 6, l. 16.

12. *sustinentium*] "eum" add. cod. Alex.

14. *fideliter*] Ita cod. Const. πιστῶς; Alex. πιστεως; Syr. quem editt. plerique secuti sunt δὲ πιστεως.

16. *si*] non repetunt reliqui mss.

17. *maliciam*] Consonant Const. et Syr. πονηρίαν; Alex. vero ἀνομίαν.

19. *et contumacias et contumelias*] Gr. καὶ καταλαλίας, θεοστυγίαν, quod noster alio fortasse modo legebat.

superbiam] ex "super uiam" posteriore manu correctum.

gloriam et uanitates et inhumilitatem. Qui enim faciunt hæc, odibiles sunt a Deo; non tantum faciunt ea, sed etiam consentiunt facientibus. Dixit enim scriptura: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas, et assumis testamentum meum in os tuum? Tu autem odisti disciplinam, et abiecisti sermones meos post te. Si uidebas furem, concurrebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit maliciam, et lingua tua concinnabat dolum. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. Hæc fecisti, et tacui. Existimasti iniquitatem, quod ero tibi similis: arguam te, et exibebo ea coram te. Et intelligite hæc omnes, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat tanquam leo, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificauit me, et illic uia in qua ostendam illi salutare Dei.*

XXXVI. Hæc est uia, carissimi, in qua inuenimus salutem nobis in Ihesum Christum, pontificem et aduocatum precum nostrarum, et adiutorem infirmitatis nostræ. Per hunc intuemur in alta cælorum Dei, per

1. *inhumilitatem*] Mendum dicat quis, pro "inhospitalitatem". Gr. ἀφιλοξενίαν. Attamen in codice Alexandr. habetur φιλοξενίαν, quod nonnulli legendum esse φιλονεικίαν vel φιλοδοξίαν iam olim contenterunt.

2. *non tantum*] subaudi "qui".

3. Gr. "Dicit".

4-16. Ps. 49, 16-23.

5. *in*] Ita Alex. ἐπί; Const. vero, Syr. et LXX "per", διά.

8. *abundauit maliciam*] Graecismus ἐπλεόνασσεν κακίαν.

12. *iniquitatem*] Ita codex Syriacus cum LXX; Alexandr. autem "inique".

13. *ea*] Cod. Alex. "te"; Syr. "pecata tua".

Et] ante "intelligite" om. Gr.

15. *honorificauit*] nolui mutare in "honorificabit".

16. *in qua*] Gr. "quam".

18. *in*] ante "Ihesum" perperam inseruit scriba, nulla enim praepositio in Gr. Huic autem addendae ansam dedisse suspicor maximam quam inter se habent litterae IH et IN similitudinem.

19. *precum*] "oblationum" (προσφορῶν) Gr. qui quidem hoc modo verba inter se connectit: "pontificem oblationum nostrarum, advocationem et adiutorem infirmitatis nostræ".

20. *Dei*] om. Gr.

hunc tamquam per speculum uidemus inmaculatam et præcellentem faciem eius, per hunc aperti sunt nobis oculi cordis, per hunc tenebrosa et sine sensu mens nostra refloruit in luce; per hunc uoluit Deus inmortalis tatis scientiæ gustare nos, qui est splendor magnitudinis eius, tantum maior angelorum, quantum præcellentem hereditauit nomen. Scriptum est enim : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.* Ad filium autem suum sic dixit: *Filius meus es tu, ego
10 hodie genui te. Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam,* | fol. 112 | *et possessionem tuam terminos terræ.* Et iterum dixit ad eum: *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.* Qui sunt ergo inimici Dei? Homines mali, qui non obaudiunt uoluntati illius.

15 XXXVII. Militemus itaque, fratres, cum omni perseuerantia in eminentibus preceptis eius. Consideremus militantes principibus, quam mansuete obaudiunt et iussa faciunt, quæ praecipiuntur illis. Et non omnes

1. *tamquam per speculum uidemus]* Syr. haud absimili circumlocutione utitur: “videamus (*seu videbimus*) tanquam in speculo”. Gr. ἐνοπτριζόμεθα.

3. Post “oculi” tres litterae erasae fuerunt.

4. *refloruit]* Gr. “reflorescit”.

in luce] Syr. et Clem. Alex. “in lumen”; cod. Alex. “in admirabilem lucem eius”; Const. “in admirabilem lucem”.

immortalitatis] Legendum “inmortalis” iuxta Gr. ἀθανάτου.

5. *scientiæ gustare]* Graecanica dictio γνῶσεως γεύσασθαι.

6. *maior angelorum]* Genitivus comparationis = μείζων ἡγγέλων. Cf. Roensch, p. 435.

7. *enim]* “sic” add. Gr. — Ps. 103, 4.

8. *ignem urentem]* Ita LXX; sed codd. Gr. uterque “ignis flamamm”.

9. Ps. 2, 7-8.

12. “dicit” Gr. — Ps. 109, 1.

13. *sub pedibus tuis]* Gr “scabellum pedum tuorum”.

14. *Dei]* om. Gr.

qui non obaudiunt] Gr. “et qui se opponunt”.

16. *eminentibus]* Gr. ἀμώμοις, idem adiectivum quod supra l. 1 translatum est “inmaculatam”.

17. *principibus]* “nostris” add. Gr.

quam mansuete obaudiunt] Gr. magis exprimit: πῶς εὐτάχτως, πῶς εἰκτικῶς, πῶς ὑποτεταγμένως.

18. *Et]* om. Gr.

sunt prefecti nec tribuni nec centuriones nec quinquagenarii nec decuriones nec de inequis ceteri; sed quisque suo ordine iussa regis et prepositorum perficiunt. Maiores sine minoribus non possunt esse, nec minores sine maioribus: mixtura est in omnibus, et aliud alio opus est. Sumamus exemplum a corpore nostro. Caput sine pedibus nihil potest, nec pedes sine capite; et minutiora membra corporis nostri, quamvis necessaria sint et apta toto corpori, tamen conspirant et eodem iusu obaudiunt, ut saluum sit totum corpus.

10

XXXVIII. Saluum ergo sit nobis totum corpus in Xpisto Ihesu, et obaudiat quisque proximum suum, sicut est in gratia sua. Curet fortis infirmum, et infirmus obaudiat fortis; locuples prestet pauperi, et pauper gratias agat Deo, quia dedit illi Deus, per quem impletum est quod illi deerat. Sapiens palam faciat sapientiam suam, non tantum uerbis, sed et operibus bonis. Qui humiliat se, non ipse se laudet, sed paciatur ut alter eum laudet. Qui castitatem seruat, non glorietur, sed sciat

1. *tribuni*] Gr. χιλιαρχοι.

2. *nec decuriones*] solus add. Latinus noster. Cf. tamen Exod. 18,21 et Clem. Hom. X, 14.

de inequis] Hoc vocabulum nusquam alibi deprehendisse me fateor, quod quidem de equitibus (εριπτοις) intelligendum videtur: nisi forte dixeris mendum esse pro "deinceps" iuxta Gr. τὸ καθεξῆς.

5. et aliud alio (= alii cf. Roensch. p. 275) *opus est*] Gr. paulo aliter a per risque redditur: "et in his usus", "et inde utilitas".

7. *nihil potest*] Gr. "nihil est".
et *minutiora*] scripsi; Cod. "eminenteriora"; Gr. τὰ δὲ ἐλάχιστα.

9 *toto*] = toti. Roensch, p. 276.

Ante "conspirant" Gr. add. πάντα.

12. *proximum suum*] in "proximo suo" posteriore manu mutatum. Priorem lectionem retinendam esse censui. Cf. Roensch, p. 414.

13. *Curet*] Codex divisus syllabis: "cur et".

15. *agat*] antiqua manu super versum additum est.

17. *non tantum uerbis*] Ita Clemens Alex. in Stromat. IV, 17 μὴ λόγοις μόνον; codd. vero Alex. et Const. μὴ ἐν λόγοις (om. μόνον).

19. *Qui castitatem seruat*] Gr. add. "in carne"; cod Alex. insuper inserit verba γιτω κατ, quae Lightfoot in textum recepit.

quia Deus est, qui prestat illi castitatem. Cōgitemus, fratres, de qua materia sumus, qui et quales uenimus in hunc mundum, de quo monumento et tenebris, qui creauit et finxit nos, induxit in orbem terrarum, qui preparauit nobis omnia bona antequam nasceremur. Omnia ista quae a Deo habentes debemus in omnia gratias agere illi: cui sit honor, maiestas in secula seculorum. Amen.

XXXIX. Insipientes et sine intellectu et fatui et in-
 10 disciplinati inludent et inridunt, uolentes exaltari cordibus suis. Quid enim potest mortalis? aut quae uirtus ter-
 rigenis? Scriptum est enim: *Et non erat forma ante oculos meos, sed auram et uocem audiebam. Quid enim? numquid mundus erit mortalis coram Domino, aut ab 15 operibus suis innocuus uir?* *Aduersus pueros eius non credit; aduersus autem angelos suos prauum aliquid sensit.* Cælum autem non est mundum coram eo: remittit autem inhabitantium domos luteas, ex | f. 112^r | quo et ipsi luto sumus. Lesit eos tineæ modo, et a mane usque ad 20 uesperum iam non sunt; propter quod non possent sibi adiuuare, perierunt. *Insufflauit eos, et mortui sunt, propter quod non habent sapientiam.* Precare autem,

1. *quia Deus*] Gr. "quia alias".

6. *quæ*] male repetita ultima littera verbi praecedentis (*πάντα*), sese hoc intrudisse conicio.

7. *maiestas*] om. Gr.

10. *inludent et inridunt*] (= inlidunt et inrident) Gr. add. "nos".

12-17. Iob 4, 16-18.

12. *Et*] om. Gr. cf. supra p. 13, l. 34.

15. *uir?*] "Si" ante "aduersus" add. Gr.

17-21. Iob 15, 15; 4, 19-20.

17. *remittit*] Gr. ἔξ δέ, οἱ κατοικοῦντες

" quanto magis habitantes ". Legit noster ἔξ, a verbo ἔξω, cum quo genetivum inusitato dicendi modo subiungit. Non multum dissentit cod. Alex. LXX: ἔξ δὲ τοὺς κατοικοῦντας.

18. *ex quo et ipsi luto*] Gr. "ex quibus et ipsi ex eodem luto".

20. *sibi adiuuare*] Cf. Roensch, p. 439.

21. *perierunt*] ex "parierunt" 2 manu correctum.

21-22. Iob 4, 21.

22 sqq. Iob 5, 1-5.

si quis tui obaudiat, aut si quem sanctorum nuntiorum uideas. Etenim stultum interficit ira; errantem autem morti tradet zelus. Ego autem uidi insipientes radicem mittentes; sed protinus comesta est eorum habitatio. Longe fiant filii eorum a salute; precipitentur autem super ianuas infimorum, et non erit qui eripiat. Quæ enim illi parauerunt, iusti edent; ipsi autem a malis non eripientur.

XL. Palam sunt ergo nobis omnia, et prospexitis in altitudinem diuinæ scientiæ. Omnia ordine facere debemus, quæ paterfamilias consummare iussit secundum tempora constituta. Oblationes enim et ministeria non uane nec sine ordine iussit fieri, sed constitutis temporibus et horis. Ubi et per quos consummari uoluit, ipse ordinavit suo magno consilio, iuste omnia faciendo opportune accepta sint uoluntati illius. Qui igitur constitutis temporibus faciunt oblationes, benedicti et beati: legibus enim patrifamiliæ apparentes nihil peccant. Pontifici enim sua ministeria data sunt, et sacerdotibus suus locus con-

1. *tui*] posterior manus mutavit in “tibi”; genetivum retinui, qui alias quoque cum verbo “obaudire” passim invenitur. Cf. Roensch, p. 439. Codex Const. eandem lectionem representat *suo*.

3. Cod. “trad&” = tradit.

5. *precipitentur*] Gr. κολαβρισθείσαν de cuius verbi significatione non satis constat, etsi illud plerique de ignominioso quodam salutationis genere intellegunt. Congruit tamen cum interprete nostro Vulgata s. Hieronymi translatio “conterentur” (Job 5, 4).

6. *infirorum*] scripsi; Cod. “infirmorum”; Gr. ήσσόνων.

6-7. *Quæ e. illi parauerunt*] Ita Syr. Gr. vero; “quae e. illis parata sunt”.

9. *prospexitis*] Gr. ἐγκεκυρώτες. Male legit noster ἐγκεκύοτες.

10. *altitudinem*] Codex “latitudinem”, quem in hoc loco emendare non dubitavi. Gr. τὰ βάθη. Cf. supra, p. 4, l. 9.

11. *paterfamilias*] Gr. ὁ δεσπότης. Ita etiam infra l. 18.

12. *ministeria*] ἐπιτελεῖσθαι καὶ add. Gr., om. Syr. Lege sis adnot. crit. Lightfoot, p. 122.

15. *iuste*] Gr. praemittit coniunctionem “ut”.

17. *oblationes*] “suas” add. Gr.
18. *patrifamiliæ*] = patrisfamiliae. Gr. τοῦ δεσπότου.

apparentes] Cf. locutionem a Livio (II, 55) usurpatam: “Lictores apparere consulibus”, i. e. asseclarum apud eos obire officia. Gr. ἀχολουθοῦντες.

stitutus est, et leuitis suum ministerium propositum sit. Plebeius homo laicis præceptis datus est.

XLI. Unusquisque nostrum, fratres, in suo ordine placeat Domino in bona conscientia ambulans, non presuari cans propositam ministerii sui regulam, in innocentia. Non ubique, dilecti, offeruntur uictimæ instantiarum uel orationum uel pro peccato et neglegentia, sed in Hierusalem tantum; et ibi quidem non omni loco offertur, sed contra aedem iuxta altarium prolatione expiatur illud quod offertur pro pontifice et illorum predicatorum ministrorum. Qui ergo extra uoluntatem illius facientes quid, mortem debitam habent. Uidete, fratres, quanto plurimæ dignati sumus scientiæ, tanto magis sumus sub periculo.

XLII. Apostoli nostri euangelizati sunt ab Ihesu Xpisto Domino nostro. Ihesus Xpistus a Deo missus, apostoli a Xpisto. Facta sunt ergo utraque ordine ex uoluntate Dei. Mandata igitur accipientes, et impleti per resurrectionem Domini Ihesu Xpisti, et fideles facti uerbo Dei, cum plenitudine Spiritus sancti exierunt

1. *sit*] lege "est".

2. *Plebeius*] scripsi; Codex "plebs eius"; Gr. ὁ λαϊκός.

3. *datus est*] Similiter codd. Const. et Syr. δέδεται; Alexandr. vero meliorem lectionem exhibet δέδεται, i. e. "constringitur".

4. *nostrum*] Cod. Alex. "vestrum".

5. *placeat*] Ita Const. et Syr. εὐαρεστεῖτω, pro quo in cod. Alex. legitur εὐχαριστεῖτω.

6. *aedem*] scripsi (Gr. τοῦ νυνὸῦ); Codex "eadem".

7. *prolatione expiatur*] Gr. μωμοσκοπηθέν, quod noster forte legebatur μωμοσκοπεῖται.

8. *pro pontifice et illorum p. ministeriorum* (cod. ministeriorum)] = "per pontificem et praedictos ministros". Cf. supra p. 31, l. 1: "per pietatem aut operum".

9. *illorum*] Pronomen redundant et vice articuli usurpatur. Cf. Roensch, op. cit., p. 419.

10. *nostri*] Gr. ἡμῶν, de quo Lightfoot: "It might be a question however whether we should not read ἡμῶν as in the opening of § 44".

11. *missus*] Codd. Alex. et Syr. add. "est; Christus ergo a Deo". Quae verba in cod. Const. sicut in nostro desunt propter homoeoteleton ἡπὸ τοῦ Θεοῦ.

euuangelizare regnum Dei incepere uenire. Secundum municipia ergo et ciuitates predicantes, eos qui obaudiebant uoluntati Dei baptizantes, preponebant primitiuam eorum, proban | fol. 113 | tes spiritu, in episcopos et ministros, qui incipiebant credere. Et hoc non nouum : ex multis enim temporibus scriptum erat pro episcopis et ministris. Sic enim dicit scriptura: *Præponam episcopos eorum in iustitia, et ministros eorum in fide.*

XLIII. Et quid mirum, si qui in Xpisto creditum a Deo opus tale de constituerunt illos? ubi et beatus fidelis 10 in tota domo Moyses præcepta sibi omnia notauit in sacris libris; cui et obsecuti sunt ceteri prophetæ testificantes, quæ per eum legibus continentur. Ille enim zelo incidenti de sacerdotali, et contendentium tribuum quæ eorum esset hoc mirifico nomine composita, iussit ex 15 . XII . tribubus principes sibi offerre uirgas inscriptas unuscuiusque tribus nomen. Et accipiens eas alligauit et signauit anulis tribuum principum, et posuit in taber-

1. *euuangelizare*] Graec. “ evangeli-
zantes ”.

incepere (= incipere) uenire] Haec verba in codice perperam cum sequentibus coniunguntur.

2. *eos qui o. u. D. baptizantes*] Unde protulerit interpres illa verba, nescio: nihil enim huiusmodi in Gr. aut Syr. codd. invenies.

4. *spiritu*] scripsi iuxta Gr. τῷ πνεύ-
ματι; Codex tamen “ spiritus ”.

5. *ministros*] subintellege “ eo-
rum ”.

7. *enim*] “ alicubi ” add. Gr. Cf. supra p. 15, l. 22, etc.

scriptura] cf. Is. 60, 17.

9. *qui*] = “ ii quibus ”.

10. *de*] Quorsum haec particula pertineat, haud equidem video.

10. *illos*] Gr. “ praedictos ”, ut pag.
præced. l. 10.

fidelis] “ servus ” add. Gr.

12. *testificantes*] subaudi “ iis ”, ut
supra l. 5.

14. *incidenti*] = incidente.

contendentium] Genetivus absolutus,
Graecorum more.

tribuum] Ultimam syllabam, quam
posterior manus deleverat, restituere
non dubitavi.

16. *tribubus*] ex “ tribus ” antiqua
manu correctum.

18. *in tabernaculum*] Paucula verba
ob iterationem vocis “ tabernaculum ”
omissa ita ex graeco restituenda sunt:
“ in tabernaculum testimonii super
mensam Dei ; et postquam clausit
tabernaculum... ”

naculum, signauit claves similiter et uirgas, et dixit illis: Uiri fratres, cuiusque tribus uirga floruerit, hanc elegit Deus in pontificatum deseruire illi. Luce autem orta conuocauit omnem Israhel . DC . milia uirorum, et ostendit principibus tribuum, et aperuit tabernaculum testimonii, et protulit uirgas: et inuenta est uirga Aaron non tantum florida, sed et fructum habens. Quid putatis, fratres? Non sciebat Moyses hoc fieri? Maxime sciebat: sed ne discordia fieret in Israhel, sic fecit, ut honorifica-
ret nomen ueri et uni : cui honor in secula seculorum.
Amen.

XLIV. Et apostoli nostri scierunt per Dominum nostrum Ihesum Xpistum, quia contentio erit pro nomine aut episcopatu. Propter hanc causam, prudentiam acci-
pientes perpetuam præposuerunt illos supradictos, et post-
modum legem dederunt, ut si dormierint, suscipiant uiri alii probati ministerium eorum. Igitur illos constitutos ab illis uel postmodum a quidusdam uiris ornatis consentiente æcclesia omne, et ministrantes sine querela
gregi Christi cum humilitate et tacite, sine imbidia, et

1. *et uirgas*] Consonant codd. Gr. καὶ πάθεον: potiorem tamen esse lectio-
nem cod. Syr. “ et fores ” Lightfoot et
Funk existimant.

5. *tribuum*] Alex. et Const. add.
“ sigilla ”; om. Syr.

7. *florida*] Gr. “ germinans ”, βεβλασ-
τηκυῖα.

8. sqq. De vetere versione, immo
paraphrasi latina hujus loci, quam J. B.
Pitra in Spicilegio Solesmensi edidit,
vide sis ea quae in huiusc voluminis
praefatione disserui.

10. *uni*] = “ unius ”; Syr. add. “ Dei ”;
Const. “ Domini ”.

13. *nomine aut episcopatu*] Gr. “ no-
mine episcopatus ”.

14. *accipientes*] scripsi iuxta Gr.
εἰληφότες; Codex “ accipient ei ”. Cf.
adnot. crit. ad p. 20, l. 18.

15. *perpetuam*] Gr. τελείαν. i. e. per-
fectam, ut pag. seq. lin. 5.

illos supradictos] Cf. p. 39, l. 10.

16. *legem dederunt*] Haud parum
conferat, ut vides, Latinus noster con-
troversiis de significatione insolentis
verbi ἐπινομήν aliquando finiendis. Cf.
Lightfoot II, 132; Funk I, p. 116, etc.

17. *illos*] Pronomen vice articuli, ut
supra l. 15.

20. *imbidia*] Postea timide mutatum
est in “ imvidia ”. Cf. “ labia mea ” pro
“ lava me ” p. 19, l. 3.

testimonio reddito multis temporibus ab omnibus, hos æstimamus non debere eici ab administratione. Peccatum enim non minimum nobis erit, si eos, qui sine querela et iuste obtulerunt munera episcopatus, reprobemus. Beati qui præcesserunt seniores, qui fructum et perpetuam habuerunt solutionem: non enim uerentur, ne quis illos deponat de loco illo. Uideamus enim, quia quosdam uos reprobatis bene operantes ex illo sine querela illis functo ministerio.

XLV. Prudentes estote, fratres, et zelotipi de eis qui ¹⁰ pertinent ad salutem. Incubuistis in sacras scripturas ueras, quas per Spiritu sancto cognouistis, quia | f. 113^v | nihil iniquum neque fictum in eis. Non inuenietis iustos reprobatos a sanctis uiris. Persecutionem sustinuerunt iusti, sed ab iniquis; lapidati sunt ab scelestis, ¹⁵ iugulati sunt ab eis qui nefandum zelum et iniquum receperunt. Hæc passi fortiter tulerunt. Quid enim dicimus, carissimi? Danihel a timentibus Deum missus est

4. *munera episcopatus*] Aliter atque recentioribus placuit, τῆς ἐπισκοπῆς cum ὁώρᾳ noster coniungit interpres. Ita quoque hunc locum Patricius Iunius reddebat: "qui sancte et sine reprehensione episcopatus munera offerunt".

5. *fructum*] Scribendum fuit "fructuosam" ut infra § 56. Gr. οὐχαρπτον.

7. *illo*] Gr. "illis constituto"

Uideamus] lege "uidemus".

8. *illo*] articuli vice, uti saepe iam dixi.

functo] scripsi (cod. "facto"), audacter quidem, non tamen sine causa. In Gr. enim legitur τετιμημένης; τιμᾶν autem hoc loco idem valet ac "diligenter obire". Cf. Funk, adn. crit. p. 117. Porro verbum συνώνυμον "fungi" alias quoque usurpatur significatu passivo,

ut puta apud Tertullianum, Praescr. 29: "tot ministeria perperam functa".

10. *Prudentes*] Gr. φιλόνεικοι i. e. contentiosi.

estote] Verbum graecum ἔστε Lightfoot imperativo modo vertendum esse iam censuerat, plerique contra indicativo.

qui] = quae.

11. *sacras*] om. cod. Alex.

12. *Spiritu sancto*] posterior manus in "spiritum sanctum" mutavit.

13. *iniquum*] Ita codex, ut p. 6, l. 18.

neque fictum] Gr. inserit: "scriptum est".

15. *ab iniquis*] Praetermisit interpres vel librarius illud quod in Gr. sequitur: "in carcerem sunt coniecti, sed ab impiis".

in lacu leonum? aut Ananias et Azarias et Misael ab his, qui colebant magnificam et honorificam illius Excelsti religionem, missi sunt in fornace ignis? Nequaquam hoc fiat. Qui sunt ergo, qui hoc cesserunt? Nefandi et omnis malitiæ pleni in tantum contenderunt furoris, ut eos qui iusto et sine querela propositu seruientes Deo in poenas immittere, ignorantes quia Excelsus propugnator est qui puro corde deseruiunt magnifico nomini illius: cui honor per Dominum nostrum Ihesum Xpistum in seculorum. Amen.

XLVI. Talibus igitur exemplis herere nos oportet, fratres. Scriptum est enim: *Herete sanctis, quia qui herent illis sanctificabuntur.* Et iterum in alio loco dicit: *Cum sancto sanctus eris, et cum electo electus eris, et cum peruerso peruerteris.* Hereamus ergo bonis et iustis; sunt autem hi electi a Deo. Quare contentiones et iræ et contumaciæ, scissuræ et proelium est in uobis? Numquid unum Deum non habemus, et unum Xpistum, et unum Spiritum gratiæ qui effusus est super nos, et una inuocatio in Xpisto? Quare deducimus et carpimus membra Xpisti, et contendimus ad corpus nostrum, et ad tantam temeritatem deuenimus, ut obliuiscamur quia

2. *magnificam... religionem*] scripsi; codex vero "magnifica et honorifica... regione".

3. *illius*] articulo τοῦ respondet, ut supra.

4. *cesserunt*] in "gesserunt" mutare supervacaneum duxi. Gr. δράσαντες.

5. *propositu*] Quarta declinatio pro secunda. Littera u recentiore manu mutata est in o.

6. *inuocatio*] Gr. ὄντε... περιβαλέτη. Coniunctionis "ut" cum infinitivo multa suppetunt exempla. Cf. Roensch,

It. et Vulg. p. 445.

7. *propugnator est*] Subintellege "eorum", ut supra p. 40, l. 5 et 13, etc. Gr. add. "et defensor".

8. *per D. n. I. Xpistum*] om. Gr.

9. *Amen*] Desideratur in codice nostro ultima huius capituli periodus obiteratam, ut puto, doxologiam.

10. *dicit*] Ps. 17, 26-27.

11. *inuocatio*] Ita ms. pro "uocatio".

12. *membra*] Ita quidem hoc loco, etsi paulo post "membra" legitur.

membra sumus alterum? Memores estote uerborum Domini Ihesu. Dixit enim: *Ue illi homini: melius erat ut non nasceretur, quam unum de electis meis scandalizaret. Melius erat illi, circumdari molam collo eius, et precipitari in mari, quam unum de electis meis peruerteret.* Scissura uestra multos peruertit, multos despondere sibi fecit, multos in contumacia, omnēs autem nos in tristicia perduxit; et pertinax est uestra contumacia.

XLVII. Recipite epistolam beati apostoli Pauli. Quem ad modum uobis in principio euangelii scripsit? ¹⁰ Uere spiritualiter scripsit uobis pro semetipso et Cefae et Apollo, propter quod et tunc uos proelia fecistis. Et contumacia illa peccatum uobis intulit: contendistis enim apostolis, quibus testimonium datum est, et uiro probato apud eos. Nunc uide, inspicite qui uos peruerterunt, et quietum habundantis fraternitatis uestræ minuerunt. Turpis, fratres, et ualde turpis et indigna in Xpisto disciplina, audiri stabilitam et antiquam Corin-

1. *alterum*] Gr. ἀλλήλων. Codex aliter verba distinguit: "sumus? Alterum memores" etc.

2. *Domini Ihesu*] scripsi. Cod. "dm ihm".

5. *de electis meis peruerteret*] Ita quoque cum Clemente Alex. vetus versio Syriaca, cuius lectionem Lightfoot scite more suo et luculenter adprobat. Cod. Gr. uterque: τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι.

6. *uestra*] add. 1 manu sup. lin.

7. *autem*] om. Alex. et Const.

10. *Quem ad modum*] Codd. Gr. et Syriacus interpres: Τί πρώτον. Latinus autem noster prae oculis habuisse videtur Tίνα πρότον. Haud adeo spernenda lectio, cum praesertim illud verbum πρώτον sua non caret difficultate.

13. *peccatum*] "minus" add. reliqui codd.

15. *Nunc uide*] Codex distincte: "Nunc vitae". Dum mecum quaero quidnam monstri his in verbis lateat, subit interpretem pro Νῦ δέ legisse Νῦ ἴδε, postea vero sciolum aliquem librarium "vide" in "vitae" mutasse: nam antiquis scriptoribus sollemne est, d in t et e contrario t in d convertere.

16. *quietum*] Gr. τὸ σεμνόν. Posterior manus u eraso superscripsit e, ut fieret "quietem".

habundantis] scripsi. Erat prius "habundante"; deinde 2 manu superscripta est in e littera s. Gr. πέριθοήτου i. e. "nominatissimi".

fraternitatis] = fratneri amoris.

17. Gr. "Turpia, dilecti, et valde turpia et indigna illius quae in Christo est disciplinae".

thiorum | fol. 114 | aeclesiam propter unam uel duas personas contendere contra seniores. Et hæc auditio non tantum in nobis capuit, sed et in alienigenas qui sunt a nobis, ita ut et blasphemiam inferri nomini Domini propter uestram stulticiam, uobisque periculum immittere.

XLVIII. Tollamus igitur hoc quam celerrime, et procedamus Domino et fleamus precantes eum, ut fiat nobis propicius et super innocuam fraternitatis et castam disciplinam deducat nos. Porta enim iusticiæ in uitam aperta est, sicut scriptum est: *Aperite mihi portas iusticie; ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt in ea.* Multarum igitur portarum paten-
tium, ad iusticiam haec est quæ in Xpisto, in qua beati omnes qui intrauerunt, et direxerunt itinera sua in
iusticia et castitate, sine turbatione omnia consumman-
tes. Sit aliquis fidelis, sit potens scientiam edicere, sit sapiens in iudicio uerborum, sit pudicus in operibus:

2. *Et*] scripsi iuxta. Gr. Καὶ; Cod. “sed”, propter ultimam litteram vocabuli praecedentis. De *t* in *d* mutato cf. adnot. crit. p. 44, l. 15.

3. *capuit*] = “capivit”, perfectum verbi “capesso”.

in alienigenas qui sunt a nobis] = eos qui sunt alienigenæ a nobis.

4. *ita ut... inferri*] Iterum coniunctio “ut” cum infinitivo, ut supra p. 43, l. 7.

7. *ut fiat nobis propicius*] Gr. plenior: “ut propitius factus reconcilietur nobis”.

8. *fraternitatis*] Cf. p. 44, l. 16.

et castam] Deest in Gr. codicibus particula “et”; habetur cum in versione Syr. tum apud Clementem Alexandrinum, Strom. IV, 17, eaque lectio-
nem faciliorem fieri iam adnotavit Lightfoot II, 145.

9. *deducat* lege “reducat”; Gr. ἀποχατασθῆν. Habes infra § 51 “refici-
mus” pro “deficimus”.

10. *scriptum est*] Ps. 117, 19-20.

12. *Multarum i. p. patentium*] Genetivus absolutus, ut supra p. 40, l. 14.

13. *ad iusticiam*] Hæc verba cum sequentibus coniungenda esse censui iuxta graecum ή ἐν δικαιούνη, quanquam in codice iunguntur cum participio “patentium”. Interpres noster articulum fortasse non legebat, quemadmodum nec Clemens Alexandrinus in edit. Stromat. I, 7.

14. *direxerunt*] scripsi. Gr. κατευθύνοντες. Codex 1 m. “dixerunt”, quod postea mutatum est in “duxerunt”.

16. *scientiam edicere*] Erat prius “scientia me dicere”.

17. *operibus*] Cod. “opibus”. Cf. adnot. crit. ad p. 2, l. 5.

tanto magis humiliare se debet, quanto putat maiorem se esse, et querere quod commode et utile est omnibus, et non quod sibi.

XLIX. Qui habet caritatem in Xpisto, faciat Xpisti præcepta. Uinculum caritatis Dei qui potest enarrare? Magnitudinem scientiæ illius quis edicere sufficiat? Altitudo, in qua perducit karitas, inenarrabilis est. Karitas coniungit nos Deo, karitas cooperit multitudinem peccatorum, karitas omnia sustinet, omnia sperat. Nihil inuidum in karitate, nihil fastidiosum; karitas scissuram non habet, karitas non contendit, karitas omnia facit cum concordia; in karitate consummati sunt omnes electi Dei; sine karitate nihil placitum Deo. In karitate suscepit nos Dominus omnium; propter karitatem quam habet in nos, sanguinem suum dedit pro nobis Ihesus Xpistus. Dominus noster in uoluntate Dei, et carnem pro carne nostra, et animam pro animabus nostris.

L. Uidete, fratres, quam magnum et mirabile est karitas, et consummationis eius non est enarratio. Qui potest in ea inueniri, nisi quem dignabitur Deus? Rogemus et postulemus a misericordia illius, ut in karitate

1. *maiores se esse*] scripsi haud absque scrupulo; Cod. "maiores esse".

2. *commode*] = "commodum". Similiter scribitur supra p. 4, l. 1 "sinceres" pro "sinceri".

utile] ex "ut ille" 2 m. emendatum.

5. *qui*] 2 m. add. s, ut fieret "quis." *enarrare*] scribendum esse duxi iuxta Gr. ἔξηγήσασθαι; codex "temerare". Forsitan quis dicat aliud quid præ oculis habuisse interpretem? Immo pro certo habeo primam litteram verbi "temerare" ex ultima praecedentis vocabuli littera venisse. Cf. supra p. 45,

l. 2 "seniores. Sed " pro "seniores. Et "

6. *scientiæ*] Reliqui mss. "pulchritudinis".

7. *quis edicere*] Cod. "qui se dicere", ut p. 45, l. 16.

9. *inuidum*] Gr. βάναυσος. Lege sis ea quae adnotavit Lightfoot ad. cap. 44.

13. "placidum" Cod.

14. *habet*] Gr. "habuit".

18. *mirabile*] Post primam syllabam duae litterae erasae sunt. Erat, ni fallor, "miserabile", ut infra § 60 "miserabilis in uirtute".

20. *quem*] Gr. "quos".

inueniamur sine humana uoluptate innocui. Generationes omnes ab Adam usque in hac die transierunt ; alii in karitate consummati secundum Dei gratiam habent municipium religiosorum, qui palam facti sunt in epis-
 s scopatu regni Xpisti. Scriptum est enim : *Intrate promptuaria pusillum, quousque transeat ira et furor meus ; et memorabor diei boni, et suscitabo uos de monumentis uestris.* | f. 114^v | Beati sumus, o karissimi, si præcepta faciamus Dei in concordia karitatis, ut remittantur nobis
 10 per karitatem peccata. Scriptum est enim : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in ore eius dolum.* Hæc beatitudo facta est in electos Dei per Dominum nostrum Ihesum Xpistum : cui honor
 15 in secula seculorum.

LI. Quæcumque ergo excidimus et deficimus propter quasdam incursiones contrarii, postulemus remitti nobis ; illi autem qui principes contentionis et contumaciæ facti sunt, debent communem spem expectare. Qui enim cum
 20 timore et karitate conuersati sunt, se uolunt magis ques-

1. *innocui. Generationes*] Aliter cod. “Innocuae fere sepe nationes” : quae tentamenta esse reor librarii sonos *ge* et *se*, formam quoque litterarum *n* et *r*, *p* et *r*, *s* et *f*, inter se permiscentis.

2. *alii*] Perperam legit interpres ἄλλοι pro ἄλλ' οἱ.

4. *palam facti sunt*] In Gr. futurum legitur : φανερωθήσονται.

5. *Xpisti*] Codd. Const. et Syr. “Dei” ; deficit cod. Alex.

5 8. Is. 26, 20.

10 13. Ps. 31, 1-2.

13. *dolum*] Quod prius erat restitui : postea in mutatum est in *s*, ut fieret “dolus”.

15. *seculorum*] Gr. add. “Amen”.

16. *deficimus*] Codex quidem “refici-
 mus” : sed notum est in antiquis libris
r pro *d* et *e* contrario *d* pro *r* passim
 inveniri. Cf. p. 45, l. 9 “deducat” pro
 “reducat”, et infra § 57 “reponite”
 pro “deponite”.

*propter quasdam incursiones contra-
 rit*] Videbat quiddam, nisi fallor, interpres (videlicet διά τινας παρεμπτώσις
 τοῦ ἀντικειμένου, uti apud Clementem iuniorem Strom. IV, 18), quod in utroque graeco exemplari vulgato desideratur. In his quippe brevius eoque
 obscurius διά τινος τῶν τοῦ ἀντικειμένου.

19. *expectare*] = spectare.

20. *conuersati sunt*] Gr. “conversan-
 tur”.

tionibus uagari et committere quam proximos; magisque sui querelam adferunt traditæ nobis bonæ et iustæ concordiæ. Bonum enim homini confiteri propter peccata et delicta quam indurare cor suum, sicut induratæ sunt mentes illorum qui restiterunt contra famulum Dei ⁵ Moysen, quorum damnatio manifesta est: descenderunt enim ad inferos uiuentes, et mors depascit eos. Pharao quoque et exercitus eius et omnes duces Ægypti, currus etiam et ascensores eorum non propter aliam causam mersi sunt in rubro mare et perierunt, nisi quod indurata ¹⁰ sunt insipientia illorum corda, postquam facta sunt signa et prodigia in Ægypto per famulum Dei Moysen.

LII. Nihil eget Deus cuiusquam, fratres; nihil illi cuiusquam opus est, nisi ut confiteatur illi. Quid dicit enim electus Dauid? *Confitebor Domino, et placebit illi* ¹⁵ *super uitulum nouellum cornua proferentem et ungulas;* *uideant pauperes et lætentur.* Et iterum dicit: *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo uota tua; et inuoca me in die tribulationis, et eripiam te, et glorificabis me.* *Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus.* ²⁰

LIII. Scitis enim et bene didicistis sanctas scripturas,

1. *uagari et committere*] Unum verbum in graeco legitur περιπτέντειν.

committere] Prius erat “cum mittere”.

2. *adferunt*] = “ferunt”. Cf. Roensch, Itala et Vulg. p. 348. Praeterea inserenda est coniunctio “quam”, ex oscitantia forte scriptoris omissa, nisi sequentem genetivum comparationis esse dixeris, qui a Graecis etiam usurpari solet.

bonæ et iustæ] Gr. “bene et iuste”.

3. *peccata et delicta*] Gr. solummodo: τῶν παραπτωμάτων.

11. *insipientia*] Cod. “in insipientia” prima syllaba, uti saepe evenit, repetita. Gr. ἀσυνέτους.

13. *cuiusquam*] Connectitur ergo hic τῶν ἀπάντων cum ἀπροσδεής. Ita quoque apud Lightfoot; apud Funk vero aliosque cum ὁ δεσπότης. Priorem modum magis mihi placere fateor.

14. *confiteatur*] Deponens forma idem significans ac passiva.

15-17. Ps. 68, 31-33.

17-20. Ps. 49, 14-15.

20. Ps. 50, 19.

dilectissimi, et introiuistis in eloquia Dei. Ad commonitionem ergo hæc scribimus. Moyses enim cum ascendit in montem, fecit XL dies, et XL noctes in iejunio et humilitate, dixit ad illum Deus : *Descende uelociter*
5 istinc, quoniam iniquitatem fecit populus tuus, quem
eduxisti de terra Ægypti; transgressi sunt cito de via
quam mandasti eis, feceruntque sibi sculptilem. Et
dixit Dominus ad illum : Locutus sum ad te semel et
iterum dicens : Uidi populum hunc, et ecce populus cer-
10 uicosus est ; sine me, et disperdam eos, et delebo nomen
eorum de sub celo, et faciam te in gentem magnam et
mirabilem et plurimam magis quam hæc est. Et dixit
Moyses : Nequaquam, Domine ; sed dimitte pecca-
tum | fol. 115 | huic, aut et me dele de libro uiuorum. O
15 magnæ karitatis ! o perfectæ sinceritatis ! fiducialiter
agit famulus ad Deum, petit remissionem populo, uel
certe se ipsum deleri rogat cum illis.

LIV. Quis ergo in nobis tam stabilis? quis tam misericors? quis habundans karitate? Dicat: Si propter me
20 seditio aut contentio uel scissura est, secedo, uado ubi

1. *introiuistis*] scripsi, non sine scrupulo. Codex perperam : "intouistis". Gr. ἐγκεύφατε = "prospexit" supra § 40. Conf. locutionem "intrare in rerum naturam" apud Cic. De fin. 5, 16 i. e. secretiora naturae intropiscere.

3. *montem*] Coniunctio "et" addenda esse videtur, ut in Gr.

4-14. Exod. 32, 7 sqq. — Ante "Descende" add. ambo codd. Gr. "Moyses, Moyses" : quae verba nec in hoc Scripturæ loco nec apud Syrum interpretem leguntur.

7. *feceruntque*] "que" om. Graecus, habet Syrus.

sculptilem] noster iterum cum Syro ;

in Graeco autem utroque χωνεύματα plurali numero.

13. *peccatum*] Suspicari licet vocem "populo" in fine paginae per neglegentiam omissam fuisse.

18. *nobis*] Ita etiam cod. Constantopolitanus ; Alexandrinus vero et Syrus "vobis".

stabilis] Aut codicis scriptorem "stabilis" pro "nobilis", aut ipsum interpretem βέβαιος pro γενναῖος legisse manifestum est.

20. *contentio*] Ultima littera in rasura, duabus aliis litteris deletis. Videtur prius fuisse "contentiæ".

uolueritis, et facio quae iuuentur a plebe; tantum grex Xpisti cum pace sit cum constitutis presbiteris. Hoc faciens sibi ipsi magnam gloriam in Xpisto adquirit, omnis locus suscipiet eum. *Domini est enim terra et plenitudo eius.* Hæc, qui sine penitentia conuersati sunt, 5 fecerunt et faciunt.

LV. Adhuc autem et exempla gentium adferamus. Multi reges et duces, peste quadam instantे per tempus, monitionis acceptis, tradiderunt se in morte, ut eliberarent per suum sanguinem ciues suos. Multi discesserunt 10 de ciuitatibus suis, ne sedicio fieret plurima. Nouimus multos in nobis, qui se tradiderunt uinculis, ut alios liberarent; multos se ipsos tradentes in seruitutem accepto precio suo alios cibauerunt. Multæ mulieres confortatae gratia Dei perfecerunt multa fortia. Iudith bea- 15 tissima, cum obsideretur ciuitas, postulauit a senioribus, dimitti se abire in castra alienigenarum; tradens se periculo exiit propter dilectionem patriæ et populi qui erat in conclusione, et tradidit Dominus Holofernum in manu feminæ. Non minus et perfecta in fide Hester periculo 20 se inmisit, ut gentem Israel, quae périre incipiebat, liberraret. Per ieunia enim et humilitate sua deprecata est

1. *iuuentur*] posterior manus mutavit in “iubentur”.

3. *adquirit*] lege “adquiret”.

4. Ps. 23, 1.

5. *qui sine penitentia conuersati sunt*]

Vim graecorum verborum parum accepit interpres: οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ.

6. *faciunt*] Gr. “facient”.

8. *peste quadam... acceptis*] Locus non ita sartu facilis. Pro “instante”, in cod. legitur “instantes”; pro “monitionis” autem, “monitionibus” vel

“monitis” scribendum fuisse facile per spicies.

9. *ut liberarent*] Vocalis *e* initio verbi “liberarent” inserta est, quod videlicet paulo asperius sonaret littera *t* alteri consonanti praemissa. Eandem consuetudinem servant, qui putidius loquuntur, nostra aetate Itali.

13. *multos*] lege “multi se ippos”.

20. *minus*] Ita codd. Const. et Syr.; Alexandr. autem “minori”. i. e. periculo.

omnium genitorem Dominum seculorum; qui ut uidit humilitatem animæ eius, liberauit populum propter quem periclitabatur.

LVI. Et nos itaque postulemus pro his qui in aliquo delicto constituti sunt, ut detur illis modestia et humilitas, ut subiecti sint, non uobis, sed uoluntati Dei. Sic erit illis fructuosa et perfecta apud Deum et sanctos eius cum misericordia memoria. Suscipiamus doctrinam, supra quam nemo debet contristari. Karissimi, correptionem quam facimus in inuicem, bona est, et per quam prodest: coniungit enim nos uoluntati Dei. Sic enim dicit sanctus sermo: *Castigans castigauit me Dominus, et morti non tradidit me. Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Corripiet enim me, inquit, iustus cum misericordia et erudit me; oleum uero peccatoris non inpinguet caput meum.* Et iterum dicit: *Beatus uir quem | f. 115^v | corripit Dominus; eruditio nem autem Omnipotentis noli repellere: ipse enim dolorem facit, et iterum restituet; percutiet, et manus eius saluabunt. Sexies de necessitatibus eripiet te, in septimo autem non te tanget malum. In fame eruet te a morte; a bello autem de manu ferri redimet te, et a detractione linguae abscondet te, et non timebis malorum*

1. *omnium* (" omium " Cod.) *genitorem*] Gr. παντετόπτην. Noster legisse videtur παντούχον, aut aliquid simile.

seculorum] "Deum" add. reliqui mss. 6. *uobis*] Gr. " nobis ", et ita quidem scribendum fuisse appetet.

7. *eius*] om. Gr.

12-13. Ps. 117, 18.

13-14. Prov. 3, 12.

14-16. Ps. 140, 5.

17. sqq. Iob 5, 17-26.

18. Post " ipse ", duea litterae " au "

duobus punctis sub linea positis postea deletae sunt.

19. *dolorem*] pro " dolere "? Graec. ἀλγεῖν.

22. *ferri*] scribere non dubitavi iuxta Gr. αὐθήρου, etsi in codice legitur "forti". Nempe ita sollemne est antiquis scriptoribus litterarum e et o, r et t non servare discrimen.

23. *malorum superuenientium*] Gr. pariter genetivum habet κακῶν ἐπερχομένων.

superuenientium. Impios et iniquos deridebis, et a bestiis feris non timebis. Bestiæ enim siluestræ pacificæ tibi erunt. Deinde cognosces quoniam pax est domus tua, dieta autem tabernaculi tui non peccauit. Cognosces autem quoniam copiosum est semen tuum, filii uero tui 5 erunt sicut omne genus agrestium herbarum. Uenies autem in sepultura sicut triticum maturum quod suo tempore metitur, aut sicut aceruus areæ qui ora sua erigitur. Uidete, karissimi, quanta protectio est his qui a Domino corripiuntur: pater enim bonus corripit, ut 10 misereatur nostri per sanctam doctrinam suam.

LVII. Uos ergo, qui auctores seditionis fuistis, subjecti estote senioribus, et erudimini ad pænitentiam, curuantes genua cordis uestri. Discite subiecti esse, deponite elationem et superbiam, linguæ uestræ audaciā: melius est enim uos grege Xpisti minimos et claros inueniri, quam excelentes uos æstimantes proiciamini a spe de spe cius. Sic enim dicit laudabilis sapientia: *Ecce proferam uobis meæ aspirationis uerba, doceamque uos meum sermonem. Quoniam uocabam et non obaudiebatis, et extendebam uerba nec intendebatis; sed irrita*

2. *siluestræ*] 2 manu ultimae syllabae addita est littera *s*, ut fieret "siluestres".

8. *ora*] lege "hora".

13. *senioribus*] ex "senoribus", littera *i* super versum ab ipso scriptore addita.

erudimini] Cod. "erudini".

15. *deponite*] scripsi; codex vero "reponite", *d* in *r*, uti non raro evenit, perperam mutato. Cf. supra, p. 47, l. 16.

elationem] Legit noster substantivum ἀλαζονεῖαν. Ita quidem Syriacus; Graecus vero uterque adiectivum ἀλάζονα.

superbiām] hoc loco scripturæ men-

dum esse suspicor pro "superbam".

16. Ante "grege" præpositionem "in" inserendam esse facile conicias ex Gr. ἐν τῷ ποιμανῷ.

17. *excelentes*] pro "excellenter"? Gr. ξαρ' ὑπεροχήν.

18. *a spe de spe*] Ita codex. Puto librarium scribendo "a spe" ingenio magis suo induluisse quam archetypo; tum, vera lectione descripta, quominus erratum corrigeret abstinuisse.

19. sqq. Prov. I, 23-33.

doceam] = "docebo" ut supra p. 19, lin. 18.

faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis. Itaque et ego uestræ perditioni ridebo, gratulabor autem aduersum uos cum aduenerit uobis subito tumultus, euersio autem similis procellæ cum aduerserit, aut cum uenerit uobis tribulatio et captiuitas. Erit enim cum me inuocabitis, ego autem non exaudiam uos; querent me mali, et non inuenient. Oderunt enim sapientiam, timorem uero Domini non sunt secuti, neque uoluerunt meis consiliis intendere; spreuerunt autem meas increpationes. Itaque edent uiae suæ fructus, et sua impietate saturabuntur. Quoniam nocebant paruulis interficientur, et interrogatio impios perdet. Qui enim me audit, habitauit in spe confidens, et silebit a timore malignitatis.

15 LVIII. Obaudiamus ergo sancto et glorioso nomini eius, fugientes | fol. 116 | predictas per sapientiam incredulis comminationes, ut habitemus confidentes supra sanctum iusticiæ nomen eius. Suscipe consilium nostrum, et erit uobis sine poenitentia. Uiuit enim Deus 20 et Dominus Ihesus Xpistus et Spiritus sanctus, fides quoque et spes electorum, quoniam qui fecerit cum humilitate et modestia, cum instantia et tranquillitate, sine pænitentia quæ per Deum datæ sunt iusticiæ et

3. Post "aduersum uos", nonnulla praetermissa sunt quae in Gr. habentur: ἡνίκα ἀνέρχηται ὑμῖν ὄλεθρος.

11. *saturabuntur*] Codex Alexandrinus deficit usque ad § 64 initium.

13. *habitauit*] in "habitabit" ab ipso scriptore mutatum est.

18. *sanctum*] Ita Syr.; Const. vero "sanctissimum".

iusticiæ] Codex Constantinop. et Syr. τῆς μεγαλωσύνης; interpres noster lege-

bat τῆς δικαιοσύνης.

19. *Deus et*] "vivit" repetunt codd. Const. et Syr., non item sanctus Basilius Magnus, a quo haec ipsa Clementis verba laudantur, De Spir. Sanct. c. 29, ap. Migne P. Gr. 32, 201.

21. *cum humilitate et modestia*] Unum in Gr. vocabulum: ἐν ταπεινοφροσύνῃ.

23. *sine pænitentia*] scripsi; Gr. ἀμεταμελήτως; codex "sine pacientia".
et precepta] om. Syr.

precepta, hic ornatus erit et deputatus in numero saluatorum gentium per Xpistum : per quem est illi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

LIX. Si autem quidam diffident his quæ ab illo per nos dicta sunt, sciant quod delicto et periculo non modico se tradent. Nos uero innocentes erimus ab hoc peccato, et postulauimus instantem petitionem et obsecrationem facientes, qualiter numerum deputatum electorum in uniuerso mundo custodiat integrum creator uniuersorum per dilectissimum filium suum Ihesum Xpistum Dominum nostrum, per quem uocauit nos de tenebris ad lucem, de ignorantia ad scientiam gloriæ nominis sui, sperare in principale totius creaturæ nomen suum, apriens oculos cordis nostri, ut cognosceremus te solum excelsum in excelsis, sanctum in sanctis requiescentem, qui humilias contumelias superborum, qui dissolues cogitationes gentium, qui facis humile in excelsis et humilias exaltatos, qui diuitem et pauperem facis, qui interficis et saluas et uiuificas, solus inuentor spirituum

1. *ornatus*] verbo ἐλλόγιμος responde videtur, ut supra p. 41, l. 18.

2. *gentium*] (= " hominum ". Cf. Roensch, It. et Vulg. p. 329) om. Gr.

7. *postulauimus*] lege " postulabimus ".

8. *electorum*] " suorum " add. Gr.

9. *integrum*] " Deus " add. Syr.

10. *Dominum nostrum*] cum nostro add. Syrus ; Gr. vero omittit.

13. *sperare*] Verba " Da nobis, Domine " Bryennius et Lightfoot praemittenda esse censuerant, nulla mss. codicum auctoritate fulti.

suum] " tuum " Graecus, qui hinc iam transit ad orationem rectam. Fortasse ita quoque Latinus interpres: nam ex littera facilis lapsus est ad litteram

5. Syrus autem aliquandiu in oratione obliqua perseverat.

16. *contumelias*] Gr. ὑβρίς. Litterae s in fine perperam addendae ansam prae- buisse videtur proxime sequens vocabulum, quod ab eadem littera incipit.

dissolues] = dissolvis.

17. *humile*] Gr. plurali numero ταπεινούς.

19. *et saluas et uiuificas*] In cod. Constantin. ultimum illud solummodo legitur καὶ ζῆν ποιοῦντα. Syriacus tamen fere cum Latino consentit : " redimit et vivificat ".

inuentor spirituum] Ergo εὑρετήν pariter cum Syro noster legebatur interpres. Cod. Const. planiorem lectionem exhibet εὑρεγέτην.

et Dominus uniuersæ carnis ; qui aspicis in abyssis, qui preuidis humana opera, qui periclitancium adiutor es et desperatorum saluator, omnis spiritus creator et uisitator; qui multiplicas gentes super terram, et ex omnibus
 s elegisti diligentes te per Iesum Xpistum dilectissimum filium tuum, per quem corripiuisti nos, sanctificasti, honorasti. Oramus te, Domine, adiutor esto et protector noster : tribulantes salua, lapsos erige, deprecantibus appare, infirmos sana, errantes a populo tuo conuerte,
 10 satura esurientes, libera uinculatos nostros, suscita infirmantes, consolare pusillanimes ; ut sciant omnes gentes quoniam tu es Deus solus, et Ihesus Xpistus filius tuus, et nos populus tuus et oves pascuae.

LX. Tu enim perpetuam mundi stabilitatem per
 15 opera manifestasti, tu ordinem orbis terræ creasti: fidelis

2. *preuidis*] in “preuides” 2 manu mutatum.

3. Vocem “saluator” post “spiritus” per errorem iteravit scriba pro “creator”, Gr. κτίστην: quod mendum tollere non dubitavi.

7. *Oramus*] Syriac. praemittit “ et dicemus illi cum supplicatione ”, quibus verbis demum transit ad orationem rectam.

te] om. Gr., quod tamen Hilgenfeld, Gebhardt aliique addendum esse coniecerant.

adiutor] Gr. βοηθόν. Codex male “auditor”.

8. *tribulantes*] Gr. plenius: “ eos nostrum qui in tribulatione sunt ”.

salua] Gr. add. τοὺς ταπεινοὺς ἐλέησον, quae verba praetermissse videtur non scriba, sed interpres, videlicet propter homoeoteleton σώσον... ἐλέησον: qua de causa apud Syrum quoque omittuntur.

9. *infirmos*] Recte igitur coniecerat Gebhardt legendum esse ἀσθενεῖς, non

ἀσθετεῖς, etsi alteram hanc lectionem exhibet codex Constant., quam quidem scite, ut solet, Lightfoot tueri conatus est.

10. *nostros*] cum sequentibus verbis puncto praefixo conjungit ms.

11. *sciant*] “te” add. ed. Lightf.

12. *filius tuus*] Syr.add. “dilectus”.

13. *pascuae*] “tuae” add. Gr., quae vox a latino codice ideo excidisse videatur, quia idem sonus iterum occurrit initio periodi sequentis: “Tu enim...”

14. *enim*] om. Gr., quod tamen in Syr. habetur.

15. *tu ordinem orbis terræ creasti*] Ab interprete scriptum esse reor, sicut in Gr. et Syr. “Tu domine orbem t. c.”, postea vero, confusis vocabulis “domine” et “ordinem”, sensum eodem fere modo depravatum esse ac supra actum est pag. 15, lin. 14 permixtis vocibus “sceptrum” et “scriptum”. Cf. etiam infra § 61 “Tu ordine (Domine) dirige...”

in omnibus generationibus, iustus in iudiciis, mirabilis in uirtute et magnificentia, sapiens in creando et prudens in eo ut quæ facta sunt stabilias, bonus in his quæ uidentur et suauis in eos qui confidunt in te, misericors miserator, dimitte nobis | f. 116^v | iniuitates et iniusticias et peccata et delicta. Noli imputare omne peccatum seruorum tuorum et ancillarum; sed purifica nos purificatione tuæ ueritatis, et dirige gressus nostros in sanctitate cordis ingredi et facere bona et placita coram te et coram principes nostros. Ita, Domine, illumina uultum tuum super nos in bono cum pace; ut protegamus manu tua forti et eripiamus ab omni peccato brachio tuo excelso, et eripe nos ab odientibus nos iniuste. Da concordiam et pacem nobis et omnibus habitantibus super terram, sicut dedisti patribus nostris, inuocantibus illis te sancte in fide et ueritate, oboedientes factos omniapotenti et mirifico nomini tuo, principibus etiam et ducibus qui sunt super terram.

1. *mirabilis*] cod. "miserabilis". Cf. p. 46, l. 18.

3. *in his quæ uidentur*] Servanda est igitur, ut optime vidit Lightfoot, codicis Const. lectio δρωμένοις, cui plerique Germanis editores alii alia substituere tentaverant.

4. *suavis*] Consentit Syr. "mitis" (=πρᾶος?) In Gracco tamen habetur πιστός, et haec lectio magis cum scriptura concordat (cf. Deut. 7, 9. Ps. 144, 14), sed eo ipso suspecta est.

misericors] "et" add. codd. Const. et Syr.

5. *iniuitates*] "nostras" add. Gr.

7. *purifica*] Ita quoque Syrus, cuius lectio doctissimis viris Lightfoot et Funk probatur. Gr. χαθαρίεις.

8. *in sanctitate*] Inserit Syr. "et

in iustitia et in simplicitate", quae idem Lightfoot propter homoeoteleuton (ὅστιητι... ἀπλότητι) omissa in Graeco esse existimat.

9. *coram principes nostros*] De praepositione "coram" cum accusativo cf. Roensch, It. et Vulg. p. 409.

15. *sancte*(=δοῦλως) om. Const., et codex Syriacus, in quo legitur, non tanta auctoritate apud Lightfoot gaudebat, ut istud adverbium in textum certo inserendum esset. Iam vero de hac re dubium vix alicui esse potest.

17. *principibus etiam* etc.] Confirmat codex noster clarissimi Lightfoot sententiam, qui primus haec verba cum praecedentibus coniungenda esse perspexit.

LXI. Tu, Domine, dedisti potestatem regni per magnificum et inenarrabile imperium tuum, ut cognito datam nobis a te gloriam et honorem subditi sint, nihil resistentes uoluntati tuæ: quibus das nobis salutem et pacem et concordiam, tranquillitatem, ut agant quod a te illis datum est regnum sine offensione. Tu enim, dominator cælorum, rex seculorum, das filiis hominum gloriam et honorem et potestatem eorum quæ sunt super terram: tu, Domine, dirige consilium eorum iuxta te bonum et placitum coram te, ut agentes cum pace et mansuetudine pie possideant quæ a te illis data est potestas, propicio illis, qui solus potes facere et hæc et plura bona nobiscum: tibi confitemur per pontificem et antistitem animarum nostrarum Ihesum Xpistum, per quem est tibi gloria, magnificantia et nunc in secula seculorum. Amen.

LXII. De his ergo quæ pertinent ad religionem nostram, et quæ utilia sunt his qui perpetuam uitam

1. *regni*] “eis” add. Gr.

2. *ut*] scripsi; codex perperam “et”. Ceterum longe aliter Graecus prosequitur: “ut cognoscentes nos datam a te illis gloriam et honorem subiecti simus eis”, etc.

4. *quibus das nobis*] Manifestus error ex Graeco ita corrigendus: “quibus da, Domine”.

6. *dominator cælorum*] Verbum ἐπουράνιος Lightfoot quoque coniungit cum δέσποτα, Funk vero cum βασιλεύ.

8. *quæ*] ex “qui” antiqua manu emendatum.

tu, Domine] Codex “tu ordine” eodem errore ac supra p. 55, l. 15; quem hic saltem, quia facilius erat, omnino castigandum esse censui. Gr. σύ, κύριε.

9. *te*] post “iuxta” etsi redundare videtur, tamen expungere nolui.

10. *ut agentes*] Codex “ut et gentes”. Gr. ὅπως διέποντες. Idem verbum paulo

ante lin. 5 verbo latino “agere” reddit interpres: quare de mendo tollendo dubius diu esse non potui.

possideant quæ a te etc.] Male hic coniunguntur verba τὴν... ἐξουσίαν cum τυγχάνωσιν, quandoquidem pendent ex διέποντες; male οὐδὲ τὸν veluti genitivus absolutus accipitur, cum sit voci τυγχάνωσιν iungendus.

11. *propicio*] subaudi “te”.

illis] om. Gr.

12. *nobiscum*] Codex “nobilis cum”.

14. *gloria*] “et” add. Gr.

15. *nunc*] “et in generationem (al. generations) generationum et” add. Gr. et Syr.

17. *perpetuam*] Gr. “probam” (ἐνάρετον), pro quo δέγαντο fortasse legebat noster: utpote qui idem vocabulum graecum supra p. 55, l. 14 latine verterit “perpetuam”. Confer tamen adnot. critic. ad p. 41, l. 15.

uolunt pie et iuste incedere, sufficienter scripsimus uobis, uiri fratres. Nam de fide et penitentia et sobrietate et patientia omnem locum tractauimus, commemorantes debere uos cum iusticia et ueritate et longanimitate omnipotenti Deo sancte placere, concordes cum dilectione et pace, cum instantia et tranquillitate, sicut et supra memorati patres nostri placuerunt humiliantes se ad patrem et creatorem Deum et omnes homines. Et hæc tanto libenter admonuimus, quoniam pro certo sciebamus scribere uobis uiris fidelibus et probatis et oboedientibus eloquiis doctrinæ Dei.

LXIII. Oportet ergo talibus et tantis exemplis accedere uos, et subicere collum et oboedientiæ locum complere, ut cessantes a uana seditione ad propositum | fol. 117 | nobis cum ueritate exemplum sine aliqua macula occurramus. Gaudium enim et exultationem nobis prestabitis, si oboedientes fueritis his quæ a nobis scripta sunt per Spiritum sanctum, si abscidatis inilicite emulationis uestræ iracundiam, secundum denuntiationem quam fecimus de pace et concordia in epistola hac. Misimus autem uiros fideles et sobrios, qui a iuuentute usque ad senectam sine querela conuersati sunt inter nos, qui etiam testes erunt inter nos. Hoc autem fecimus,

2. et *penitentia*] Gr. et Syr. add. "et sincera caritate et continentia", quae vel a scriptore hujus codicis sunt prætermissa vel ab ipso interprete: nam in graeco aequæ ut in latino homoeoteleton invenitur (*μετανοίας... ἐγχρησίας*, pænitentia... continentia).

5. *placere*] Ita quoque Syr. cuius lectio ab omnibus iam recepta erat. Gr. *εὐχαριστεῖν*. Cf. supra p. 39, l. 4.

10. *uobis*] Gr. "nos".

12. *accedere*] Gr. "accidentes".

13. *uos*] in "nos" mutandum esse facile conicias.

complere] Ita codex Constant. ἀναπληρῶσαι; Syriacus vero "implentes", qui etiam solus add. "inclinemur illis qui sunt duces animarum nostrarum".

18. *inilicite*] Gr. "inlicitam".

21. *autem*] "etiam" add. solus Syr.

23. *etiam*] om. solus Gr.

inter nos] Gr. et Syr. "inter vos et nos".

ut sciatis quia omnis nobis cura semper et fuit et est,
ut quam celerius habeatis pacem.

LXIV. De cetero qui omnia prospicit Deus et dominatur spirituum et Dominus universæ carnis, qui elegit ⁵ Dominum Ihesum Xpistum et nos per ipsum in populum æternalem, det omni animæ inuocanti magnificum et sanctum nomen suum fidem, timorem, pacem, pacientiam et longanimitatem, continentiam, castitatem, sobrietatem, ut placeat nomini eius per pontificem et anti- ¹⁰ stitem nostrum Ihesum Xpistum: per quem est ei gloria, magnificentia, imperium et honor, et nunc et in secula seculorum. Amen.

LXV. Quos autem misimus ex nobis, Claudium Ephebum et Ualerium Bitonem una cum Fortunato cum ¹⁵ pace et gaudio confestim remittite ad nos, ut uelocius optabilem et desiderabilem nobis pacem et unitatem nuntient, ut et nos citius gaudeamus de uestra tranquillitate.

Gratia Domini nostri Ihesu Xpisti uobiscum, et cum ²⁰ omnibus ubique qui uocati sunt a Deo per ipsum: cum

1. *semper*] deest in Gr. et Syr.

3. *De cetero*] Reliqua deinceps etiam in codice Alexandrino leguntur.

qui] scripsi. Codex: "quia omnia". Graec. ὃ πάντεποπτης.

dominatur] = "dominator"; Gr. δεσπότης.

6. *æternalem*] Gr. περιουσίων = peculiarem. Quid legerit interpres, incertum; verum S. Hieronymus in Epist. ad Tit. II, 14 verbum περιουσίων haud uno modo ab interpretibus acceptum esse animadvertis. Et in opere hactenus latenti, quod brevi me spero editurum: « Verbo περιουσίων, inquit, id est substantiali, exceptis sanctis scripturis, nullus foris disertorum est usus; et prop-

terea obscurus redditur sensus, quia verbum, per quod sensus intellegitur, novitas occultum facit."

8. *et*] cum nostro add. Constant. et Syr., om. Alexandr.

10. *et*] scripsi. Gr. αὐτῷ. Codex "et", male confusis litteris *i* et *t*.

gloria] "et" add. Alexandr. solus, qui e contrario eandem coniunctionem omittit post "imperium".

11. *et in*] "omnia" add. Alex. et Const.


20. *a Deo*] "et" add. Alex. et Syr.

cum quo] Reliqui codices "per quem". Contrarium occurrit supra p. 22, l. 10.

quo est ei gloria et honor et uirtus et magnificentia,
sedis aeterna, a seculis et nunc et in secula seculorum.
Amen. EPISTOLA CLEMENTIS AD CORINTHIOS EXPLICIT.

1. Coniunctio "et" ubique in Gr. *aeterna*] 2 manus in genetivum mu-
omittitur. tavit. Gr. θέρανος αἰώνιος.
2. *sedis*] = sedes. *et nunc et*] om. Gr.

INDICES



I. INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRAE.

*Ea tantum loca indicavi, in quibus S. Scriptura disertis
verbis allegatur.*

Geneseos.

- I 26, 27, 28 . . 31, 19 sq.
II 23 7, 15
IV 3-8 5, 6
XII 1-3 10, 17
XIII 14-16 10, 24
XV 5-6 11, 4
XVIII 27 18, 2
XXII 17 30, 15

Exodi.

- II 14 6, 3
III 11 18, 10
IV 10 18, 11
XXXII 7-10, 32. . . 49, 4 sq.

Numerorum.

- XII 7 . . 18, 6; 40, 10

Deuteronomii.

- IV 34 29, 1
IX 12-14 49, 4 sq.
XXXII 8, 9 28, 15
14, 15 4, 10

1 Regum.

- II 10 13, 7
XIII 14 18, 16

Iob.

- I 1 18, 2
IV 16-18 37, 12-17
IV 19-V 5 37, 17 sq.
V 17-26 51, 17 sq.

- XI 2, 3 29, 13 sq.
XIV 4, 5 18, 5
XV 15 37, 17
XIX 26 27, 4
XXXVIII 11 21, 9

Psalmorum.

- II 7, 8 35, 9
III 6 27, 2
XI 4-6 15, 8
XVII 26, 27 43, 14
XVIII 2-4 27, 15
XXI 7-9 17, 9
XXIII 1 50, 4
XXX 19 15, 8
XXI 1, 2 47, 10
10 24, 9
XXXIII 12-18, 20 . . 24, 1
XXXVI 35-37 14, 15
XLIX 14, 15 48, 17
16-23 34, 4 sq.
L 3-19 18, 18 sq.
LXI 5 15, 4
LXVIII 31-33 48, 15
LXXXVIII 21 18, 17
CIII 4 35, 7
CIX 1 35, 12
CXVII 18 51, 12
19, 20 45, 10
CXXXVIII 7-10 28, 6
CXL 5 51, 14

Proverbiorum.

- I 23-33 52, 19 sq.
III 13 51, 13
XX 27 22, 15

Isalae.

- I 16-20 . . . 9, 7 sq.
VI 3 32, 20
XXVI 20 : . . . 47, 5
XXIX 13 15, 3
XL 10 32, 12
LIII 1-12 16, 4
LX 17 40, 7
LXII 11 32, 12
LXIV 4 33, 2
LXVI 2 14, 1

Ieremiae.

- IX 23, 24 . . . 13, 6

Ezechieliis.

- XXXIII 11 8, 17

Danielis.

- VII 10 32, 19

Malachiae.

- III 1 25, 6

Matthaei.

- VII 1, 2 13, 12 sq.
XVIII 6, 7 44, 2 sq.
XXVI 24 ibid.

Lucae.

- VI 36-38 13, 12 sq.
XVII 1, 2 44, 2 sq.

II. ORTHOGRAPHICA, LEXICA ET GRAMMATICA.

a *omissa* : Isac 30, 4 n.

male inserta: uideamus (= *uide-*
mus) 42, 7 ; omniapotenti 56, 16.

pro un : facto (= *functo*) mini-
sterio 42, 8.

ab *praepositio* : errantes a populo
tuo (= *populi tui*) 55, 9.

ablativus pro accusativo (*vel m fin.*
omissa, vel o pro um) *post praepo-*
sitiones :

in : intueamur in sanguine
Xpisti 8, 5 ; respice in caelo 11, 5;
intueamur in patre et creatore
20, 10 ; intueamur ... in uoluntate
pacientiae illius 20, 13 ; portat
illam ... usque in Aegiptum in
colonia 26, 11 ; si ascendam in
caelo 28, 7 ; si descendero in
abyssu ib. 9 ; refloruit in luce

35, 4 ; missus est in lacu 43, 1 ;
missi sunt in fornace 43, 3 ; pre-
cipitari in mari 44, 5 ; multos in
contumacia, omnes autem nos in
tristitia perduxit 44, 7 ; iusti intrabunt
in ea 45, 12 ; in qua beati omnes qui intrauerunt ib.
13 ; mersi sunt in rubro mare 48,
10 ; tradiderunt se in morte 50, 9 ;
uenies a. in sepultura 52, 6.

per : per spiritu sancto cognouisti 42, 12.

abundare *cum accus.* : os tuum ab-
undauit maliciam 34, 8.

acceptabilis 8, 4.

acceptio : sine personarum enim
acceptione 2, 9.

accusativus absolutus : da concor-
diam et pacem nobis ... oboe-

- dientes factos omniapotenti 56, 16.
- accusativus pro nominativo*: eundem certamen nobis imminet 8, 1 ; multos se ipsos tradentes ... alios cibauerunt 50, 13.
- accusativus post praepositiones requirentes ablativum, nisi nonnulla exempla per m parasiticam aut um pro o explicanda sunt*:
- in : cum essent in campum 5, 16 ; optulit uictimam in montem 11, 10 ; prophetia fuit in mulierem 13, 3 ; remanebunt in eam 14, 13 ; in sanctitatem cordis 31, 2 ; assumis testamentum meum in os tuum 34, 5 ; posuit in tabernaculum 40, 18 ; non tantum in nobis capuit, sed et in alienigenas 45, 3 ; altitudo in qua perducit karitas 46, 7 ; usque in hac die 47, 2.
 - cum : cum confidentiam 30, 4.
- accusativus post verba*: consistere, tremere, abundare, obaudire, inscribi, excidere et deficere, incedere.
- ad *praepositio*: aestimatum est illi ad iusticiam 11, 8.
- adferre = *ferre* : magisque sui querelam adferunt 48, 2 ; *indicat*, *praesens* adferet 25, 17.
- adicere : adiecerunt monstrare ei 12, 19.
- adiuuentio 29, 6.
- adiuuare *cum dativo* : non possent sibi adiuuare 37, 20.
- adleta = *athleta* 6, 13.
- ae *pro a ante et* : pro semetipso et Cefae et Apollo 44, 11.
- pro as* : purae (*puras*) et intaminatas manus 28, 13.
- pro e* : aeclesia 1, 4 ; 41, 19 ; 45, 1 ; praeces 24, 6 etc.
- pro i* : quae (= *qui*) 24, 18 ; innocuae (= *innocui*) 47, 1.
- aeternalis : in populum aeternalem 59, 6.
- affricus : ad aquilonem et affricum 11, 1.
- alienigena = *alienus* : sed et in alienigenas qui sunt a nobis 45, 3.
- alienus *cum dat.* : quamuis erant alieni Deo 8, 14.
- cum gen.* : aliena et extera electorum Dei 1, 11.
- alimenta Xpisti 3, 9.
- alius, *dativ.* alio : aliud alio opus est 36, 5.
- altarum : iuxta altarium 39, 9.
- ambulare : in legitimis Dei ambulabatis 2, 10 ; ambulare uoluerunt non digne Xpisto 5, 1 ; ut in eis (praeceps) ambulantes 13, 18.
- amor *sequente ad cum gerundio* : insatiabilis amor ad beneficendum 3, 13.
- antistes : per pontificem et antistitem animarum nostrarum 57, 13 ; 59, 9.
- apparere : legibus e. patrifamiliae apparentes 38, 18.
- appropriare 26, 3.
- ascensor 48, 9.
- aspargere 19, 10.
- assumere in os 34, 5.
- audientur = *audiuntur* 28, 1.
- auditio = *rumor* : haec auditio non tantum in nobis capuit 45, 2.
- autumninus : tempora uerina ... et autumnina 21, 12 sq.
- ἄμωμος = inmaculatus 35, 1 ; eminen? ib. 16.
- b *pro u* : labia me ab iniusticia 19, 3 n ; sine imbibidia 41, 20.
- baptizare 40, 3.
- beatificare 2, 9.
- benedicere : benedicam te 10, 19.
- blasphemiam inferri 45, 4.
- braium : patientiae braium 6, 21.
- βάγαυσος = inuidus 46, 9.
- c *pro g* : cesserunt (= gesserunt) 43, 4.

- pro t saepissime* : tristicia 44, 8 ;
 stulticia 45, 5 ; propicius 45, 8 ;
 iusticia 45, 9 etc.
- caliginari* : et in fide illius caligina-
 batur 4, 17.
- capesso, perfect.* capui : haec auditio
 non tantum in nobis capuit 45, 3.
- carpere = discerpere* : deducimus et
 carpimus membra Xpisti 43, 20.
- casuum mutatio* : per nostram sa-
 pientiam ... aut operum 31, 2; of-
 fertur pro pontifice et illorum
 predictorum ministrorum 39, 10 ;
 non tantum in nobis capuit sed et
 in alienigenas 45, 3 ; per ieunia
 enim et humilitate sua 50, 22.
- certari depon.* : usque ad mortem
 certatae sunt 6, 16 ; certemur in-
 ueniri 33, 11.
- ceruicosus* 49, 9.
- ceterus* : de cetero 59, 3.
- cibare aliquem* : precio suo alios ci-
 bauerunt 50, 14.
- circumtinere* 31, 13.
- colonia* 26, 11.
- commemorare cum proposit. infin.* :
 commemorantes debere uos ...
 sancte placere 58, 3.
- commode = commodum* : quod
 commode et utile est 46, 2.
- compositus* : quae eorum esset hoc
 mirifico nomine composita 40, 15.
- confidere* : confidentes supra san-
 ctum iusticiae nomen eius 53, 17.
- confirmari ad aliquem* 33, 13.
- confiteri absolute* : confiteri propter
 peccata et delicta 48, 3.
- confortare* 50, 14.
- coniunctivus pro indicativo* : 39, 1.
- considerare quia cum indicat.* 8, 8.
- consistere cum accus.* : aeclesiae Dei
 consistenti Chorinthum 1, 4.
- constitutor* 31, 10.
- constructiones irregulares* :
 ut et passiones illius ante oculos
 uestros fuerint 3, 11 ; et negabat
 omnia mandata eius, ambulare
 uoluerunt non digne Xpisto 5, 1 ;
- cum enim missi sunt ... et rescis-
 set rex 12, 1 ; magis hominibus
 offendamus ... quam Deum aut
 Dominum 22, 19 ; melius erat illi
 circumdari molam collo eius et
 precipitari in mari, quam unum
 de electis meis peruerteret 44, 4 ;
 non tantum in nobis capuit, sed
 et in alienigenas qui sunt a nobis
 45, 3 ; melius est e. uos ... claros
 inueniri, quam ... proiciamini 52,
 16 ; ut cognito datam nobis a te
 gloriam 57, 2.
- consummare* : omnia in timore Dei
 consummatis 4, 6 ; consummata
 est scriptura 4, 9.
- consummate* : qui consummate mi-
 nistrarunt 10, 5.
- consummatio* : consummationis eius
 non est enarratio 46, 19.
- contendere*
- ad aliquem* : contendimus ad
 corpus nostrum 43, 21.
 - alicui = pro aliquo* : conten-
 distis enim apostolis 44, 13.
- contrarius = aduersarius* : propter
 quasdam incursiones contrarii 47,
 17.
- contrastare* : qui constrastabit for-
 titudini uirtutis eius 27, 11.
- contristari supra aliquid* : suscipia-
 mus doctrinam supra quam nemo
 debet contristari 51, 9.
- conuersari* : his uiris sancte conuer-
 santibus 7, 7 ; digne illo conuer-
 semur 22, 13 etc.
- copula omissa* 37, 7 ; 56, 4 ; 57,
 15.
- coram praep. cum accus.* : placita
 coram te et coram principes nos-
 trios 56, 9.
- creatura* 28, 5 ; 54, 13.
- cum* : ut salui essetis cum miseri-
 cordia et cum bona conscientia
 3, 19 ; intrauerunt cum eo cum
 concordia 10, 10 ; commouentia
 se cum pace 20, 16 ; cum pace
 decedunt 22, 1, etc.

cumscientia = *conscientia* 4, I n.
cumtribulis : audiuit a cumtribule suo 6, 3.
χολαργίζειν = *praecipitare* 38, 5.

d *pro r* : *deducat* (= *reducat*) 45, 9.
pro t : 45, 2 n ; 46, 13 n.
Danaides 7, 10 n.
dativus pro ablativo : prouidentiae suae suscitat illud 25, 16 ; magnifice enim uirtuti suae caelos insluit 31, 11.
dativus post verba : iudicare, exsequi, uenire, latere, offendere, adiuuare.
de praepositio : et conuertitis uos ad me de toto animo 9, 5 ; saluus factus est de Sodomis II, 13 ; non credentes de uirtute Dei II, 20 ; signum quod suspenderet de domo sua 12, 19.
declinatio mutata :
iusto et sine querela propositu (= *proposito*) 43, 6 ; *monitionis* (= *monitionibus*?) acceptis 50, 9.
deducere = *divellere* : quare deducimus et carpimus membra Xpisti 43, 20.
deficere cum accus. : quaecumque e. excidimus et deficimus 47, 16.
deponens sensu verbi passivi : remetiri : in eadem uobis remetitur 13, 17.
auersari : auersata est facies eius 16, 10.
dignari : plurimae dignati sumus scientiae 39, 13.
confiteri : nihil illi cuiusquam opus est, nisi ut confiteatur illi 48, 14.
detracito 29, 5. 12, etc.
detrahere de aliquo : hic de se detraxit dicens 18, 5.
dieta = *habitatio* : dieta autem tabernaculi tui 52, 4.
dignari sensu passivo cum genet. :

quanto plurimae dignati sumus scientiae 39, 13.
dignum amoris nomen 2, 2.
dilectio : propter dilectionem patriae 50, 18.
Dircae 7, 10 n.
dirigere cum infin. : dirige gressus nostros in sanctitate cordis ingredi 56, 8.
docere, fut. doceam 19, 18 ; 52, 19.
dolum = *dolus* : nec est in ore eius. dolum 47, 13 n.
dominari cum gen. : et tu dominaberis eius 5, 14.
dormitio 25, 12.
ducere se in uiam 12, 9.
δεσπότης = *paterfamilias* 38, 11. 18.

e *parasitica* : ut eliberarent 50, 9.
pro ae : hereamus 29, 9 ; penitentia 50, 5 etc.
pro i : melotes (= *melotis*) 17, 18 ; *concedet* (= *considet*) 26, 12 ; *incepere* (= *incipere*) 40, I ; *consentiente aecclesia omne* 41, 19 ; *dissolues* (= *dissoluis*) 54, 16.
electi : turbae electorum 7, 8 ; electi Dei I, 12 ; 4, I ; 46, 12.
eligere cum infin. : hanc elegit Deus in pontificatum deseruire illi 41, 3.
episcopatus 41, 14 ; 42, 4 ; episcopatus regni Xpisti 47, 5.
episcopi et ministri 40, 4. 6. 7.
eradicare : magnas gentes eradicauit 7, 16.
eructuare 27, 16.
erudire ad paenitentiam 52, 13.
esse cum infin. : cum ergo erit uobis sumere illam 12, 14.
et
pro a ante g : ut et gentes (= *ut agentes*) 57, 10.
pro at : ut disperd& de terra 24, 7.
pro it in conjugatione : tribuet 24, 14 ; tradet 38, 3 etc.

et, ent *pro* it, unt : crescent 31, 15 ; accipiet 32, 8, etc.
 euangelium : uobis in principio eu-
 angelii scripsit 44, 10.
 euuangelizare 39, 15 ; 40, 1 ; *cum infinitivo* : exierunt euuangeli-
 zare regnum Dei incepere uenire
 40, 1.
 ex : tamquam ex uno ore uocifere-
 mur 32, 23 ; quos a. misimus ex
 nobis (= *a nobis*) 59, 13.
 exaltare : uolentes exaltari cordi-
 bus suis 37, 10.
 excidere *cum accus.* : quaecumque e.
 excidimus et deficimus 47, 16.
 exequi : exequainur uoluntatibus
 hominum 14, 8.
 exire, *fut.* exient 29, 2 ; *cum infinitivo* : exierunt euuangelizare re-
 gnum Dei incepere uenire 39, 20.
 exornatus : exornatum et sanctum
 doctrinae exemplum 8, 2.
 expectare = *spectare* 47, 19.
 exter *cum gen.* : extera electorum
 Dei 1, 12.
 ἐπινομή = *lex* 41, 16.

facere : faciam te in gentem ma-
 gnam 10, 19 ; 49, 11 ; fecit qua-
 draginta dies... in ieunio 49, 3 ;
 correptio quam facimus in inui-
 cem 51, 10 ; *fut. passiv.* facietur ?
 13, 14, n.
 fastidiare : fastidiata est et spreta
 16, 11.
 fastidiosus : nihil inuidum in kari-
 tate, nihil fastidiosum 46, 10.
 fauorabilis : non fauorabiles in quo-
 dam 23, 6.
 fenicum : si fuerint peccata uestra
 sicut fenicum 9, 13.
 fiducialiter agere *ad aliquem* 49,
 15.
 foris *pro* foras : Eduxit a. Deus Abra-
 ham foris 11, 4.
 formula pacis 20, 10.
 fraternitas : pro omni fraternitate 3,

18 ; quietum habundantis frater-
 nitatis uestrae 44, 16 ; innocuam
 fraternitatis et castam disciplinam
 45, 8.
 fructiferare : terra fructiferans se-
 cundum uoluntatem 21, 1.
 functus *particip.* *sensu passivo* : ex
 illo sine querela illis functo mini-
 sterio 42, 8.

g *proc* : ingrassauit se 4, 10.
geminatio consonantium male ad-
missa : querella 18, 3 ; ut ille
 (= *utile*) 46, 2 n.
male omissa : aeclesia i, 4 etc.;
 stelarum chorus 20, 18; excelen-
 tes 52, 17 ; oportune 38, 15.
genitus absolutus : contendentium
 tribuum quae eorum esset 40, 14;
 multarum igitur portarum paten-
 tium 45, 12.
genitus post adiectiva : alienus
 et exter, dignus, principalis.
post comparativum : maior an-
 gelorum 35, 6.
post verba : dominari, gustare,
 obaudire, timere.
pro ablativo : congregati con-
 scientiae 32, 23.
genetiv. plur. um pro orum :
 inferum inenarrabilia iudicia 21,
 5 ; membra sumus alterum 44, 1.
genus mutatum (*nonnulla exempla*
per m parasiticam explicari posse
videntur) :
 paucae personae... incensi sunt
 1, 13 ; hospitalem instar uestrum
 2, 7 ; eundem certamen nobis im-
 minet 8, 1 ; interitum animae
 nostrae grande 14, 7 ; caeli...
 commouentia se 20, 16 ; precel-
 lentem hereditauit nomen 35, 6 ;
 quam magnum et mirabile est
 karitas 46, 18.
gentes masc. = homines : deputa-
 tus in numero saluatorum gen-
 tium 54, 1.

gloriosus : non gloriosi supra gloriosos 4, 14.
gustare scientiae 35, 5.

h addita: Chorinthum 1, 5; Loth 10, 23; Habrae 17, 20; perhennes 22, 3; habundans 44, 16; 49, 19.

h omissa :
Corintios 1, 3 ; ysopo 19, 10 ; exibebo 34, 12 ; ora (= hora) 52, 8.
habere : David habuit inuidiam non a fratribus tantum 6, 9 ; persecutionem habuerunt 6, 15.

harena 11, 3.

hebraicae locutiones quae sunt interpretis propriae : uerbo sanctitatis illius 13, 19 ; in uoluntate pacientiae illius 20, 13.

hereditare 35, 7.

honoratus : uulgares contra honoratos 4, 14 ; honoratae uoluntati illius 9, 21.

honorificare 41, 9.

humiliare : omnes enim vos humiliabatis 3, 7 ; humiliemus nos deprecationi 10, 1 ; humiliantes se ad patrem 58, 7.

humiliatio 23, 9.

i pro ae : qui (= quae) 42, 10 ; 57, 8 n.

pro e : fit pinnatus in auem 26, 8 ; zelo incidenti (= incidente) 40, 14 ; deficimus (= defecimus) 47, 16 ; depascit (= depascat) 48, 7 ; adquirit (= adquiret) 50, 3 ; preuidis (= praeuides) 55, 2 ; sedis aeterna 60, 1.

pro s : impedit ei (= impeditentes) 20, 18 n ; accipient ei (= accipientes) 41, 14.

pro y; Aegipti 6, 2 ; želotipi 42, 10 ; presbyteris 50, 2 etc.

ibi pro illuc : ibi intrat 26, 6.

ille vice articuli : 39, 10 ; 41, 15. 17 ; 42, 8 ; 43, 2.

immolatio : de fructibus terrae immolationem Domino 5, 7.

in praepos. :
uocatis sanctis in uoluntate Dei 1, 5 ; quietam in Xpisto pietatem 2, 5 ; in legitimis Dei ambulabatis 2, 10 ; ut in regula obauditionis essent constitutae 3, 5 ; nihil in superbia facientes 3, 7 ; parati in omni opere bono 4, 5 ; omnia in timore Dei consummatis 4, 6 ; in fide illius caliginabatur 4, 17 ; nati nostri doceantur in Xpisto 23, 8 ; in operibus nostris ornati 32, 3 ; sicut est in gratia sua 36, 13 ; indigna in Xpisto disciplina 44, 17 ; tradiderunt se in morte 50, 9.

fit pinnatus in auem 26, 8 ; debemus in omnia gratias agere illi 37, 6.

incedere cum accus. : qui perpetuam uitam uolunt pie et iuste incedere 58, 1.

inceptio : resurrectionem, cuius inceptionem fecit dominum Ihesum 25, 10.

incidere, indicat praes. incidunt 33, 8. increpatio 53, 1, 10.

indicativum pro coniunctivo : in tantum temeritatis ut... ualde est lesum 1, 13 ; ut discant quid potest humiliatio 23, 9 ; consideremus... quomodo palam facit 25, 8 ; consideremus quomodo... deserviunt 32, 17 ; consideremus... quam mansuete obaudiunt 35, 16 ; cogitemus de qua materia sumus 37, 1 ; uidete fr. quam magnum et mirabile est karitas 46, 18 ; uidete k. quanta protectio est 52, 9.

indisciplinatus 37, 9.

inequi (= equites?) : nec decuriones nec de inequis ceteri 36, 2.

inxscrutabilis 21, 5.

inferre : contumacia illa peccatum uobis intulit 44, 13 ; blasphemiam inferri 45, 4.

infinitivus post coniunctionem ut : in tantum contenderunt furoris ut... immittere 43,5 ; ita ut blasphemiam inferri... uobis que periculum immittere 45, 4.

post verba : esse, adicere, uenire, certari, euangelizare, exire, eligere, rogare, uocare, dirigere.

post adiectivum : potens.

infirmor depon. : suscita infirmantes 55, 10.

ingrassare (= incrassare) : et ingras- sauit se 4, 10.

ingredi : quisque ingreditur secun- dum uoluntatem cordis sui 5, 2 ; in sanctitate cordis ingredi 56, 9.

inhumilitas 34, 1.

initiatio : initiationem areae 29, 2.

initiator : inmundi zeli initiatoribus obsequi 14, 6.

includere, indicat praes. inludent 37, 10.

innocens cum a et ablat. : innocen- tes erimus ab hoc peccato 54, 6.

inpinguare 51, 16.

inpinguis : alta pax et inpinguis 3, 12.

inridere, indicat praes. inridunt 37, 10.

inscribi cum accus. uirgas inscriptas uniuscuiusque tribus nomen 40, 16.

insensatus 24, 20.

instantia : uictimae instantiarum 39, 6; cum instantia et tranquilli- tate 58, 6.

instar (= mores ?) : hospitalem in- star vestrum 2, 7.

insufflare aliquem 37, 21.

intaminatus 28, 13.

intellegere = sentire : iuuuenibus mo- dica et sancta intellegere permit- tentes 3, 2 ; intelligite quia 5, 17.

interdie 26, 12.

inuenire, indicat praes. inuenient 26, 15.

inueniri : iustus inuentus 10, 7 ; fi- delis inuentus ib. 8. 12 ; inueniri

in numero sustinentium 33, 11 ; qui potest in ea (*karitate*) inue- niri 46, 20. 21 ; minimos et claros inueniri 52, 16.

inuentor : solus inuentor spirituum 54, 19.

inuidiam habere (= invidiae esse) : Dauid habuit inuidiam non a fra- tribus tantum 6, 9.

is pro es : magnitudinis (*magnitu- dines*) 30, 10.

is loco adiectivi possess. : aduersus pueros eius non cre- dit, aduersus autem angelos suos 37, 15.

omittitur ante pronomen rela- tivum : 40, 5. 13 ; 43, 8.

it pro et : dicit (*dicit*) 27, 11.

iubere cum dativo personae : mulie- ribus innocentì et casta conscienc- ia omnia facere iubebatis 3, 3.

iudicare cum dat. : iudicate pupillo 9, 11.

iudicium : inferum inenarrabilia iu- dicia 21, 5.

iustificare : iustificate uiduam 9, 11 ; operibus iustis iustificemur 29, 13.

iustitiae = leges : iustitiae Dei in latitudine cordis uestri inscribe- bantur 4, 7 ; faciendo aequitates et iusticias eius 13, 9.

λύδαλλεσθαι = diffidere 24, 15.

k pro c : karissimi 1, 11 ; 47, 8 etc. karitas 46, 7 sqq.

lapidare 6, 22 ; 42, 15.

latere cum dativo : nihil illi latet 22, 17 ; cum accus. nihil latet uolun- tam eius 27, 14.

latitudo cordis : 4, 7.

legitima, orum : in legitimis Dei ambulabatis 2, 10.

leuita 39, 1.

locus : de fide... et pacientia omnem locum tractauimus 58, 3 ; oboe- dientiae locum complere 58, 13.

- longanimitas 58, 4; 59, 8.
 $\lambda\xi\kappa\delta\varsigma$ = plebeius et laicus : plebeius homo laicus paeceptis datus est 39, 2.
- m parasitica : 2, 7; 9, 14; 13, 3; 15, 12; 49, 7.
 omissa (*cf. ablative*) : 43, 2 n.
- in pron : Labam 30, 7.
- magnificens, entis? 9, 21; nisi hoc loco legendum est magnifica.
- magniloquius? lingua magniloquia 15, 8; (*librarii error esse videtur pro magniloqua*).
- maletractatio : propter maletractationem non aperuit os 16, 18.
- mclote : in pellibus caprinis et melotes 17, 18.
- memorari depon. : memorabor diei boni 47, 7.
- militare alicui : consideremus militantes principibus 35, 16.
- ministratio 22, 2.
- misseri cum dativo : misereamur nobis 14, 10; miserere mihi 18, 18.
- mixtura 36, 5.
- moechia 29, 7.
- monumentum (= sepulcrum) 37, 3.
- municipium : secundum municipia... predicatorum 40, 2; municipium religiosorum 47, 4.
- $\mu\omega\mu\sigma\kappa\kappa\pi\tau\epsilon\nu$ = prolatione expiare 39, 9.
- n pro m : membra 43, 21.
- nam pro sed : 5, 9; 14, 14; 15, 6; 24, 10; 29, 9, 20.
- nominativus pro in cum ablativo : cognosces quoniam pax est domus tua 52, 3.
- non pro ne cum coniunctivo in enuntiatis iussivis : 24, 15.
- pro in privativo : non gloriosi contra gloriosos 4, 14; ambulare non digne Xpisto 5, 1.
- numerus singularis cum plurali :
- data est ei sceptra duodecim 30, 7; contumaciae, scissurae et proelium est in uobis 43, 17; nunc uide, inspicite 44, 15.
- nuntius : si quem sanctorum nutritorum uideas 38, 1.
- o pro e : 51, 22 n.
 pro u : non potet (*putet*) 29, 15.
- o interiectio cum genetivo : o magnae karitatis, o perfectae sinceritatis 49, 15.
- obediens 56, 16; 58, 11 etc.
- obaudiens : obaudiens fuit uerbis Dei 10, 13.
- obaudientia : propter obaudientiam Dei 10, 13; 20, 5; propter obaudientiam Deo 11, 10.
- obaudire cum dat. : 2, 10; 9, 17, 21; 13, 19 et alibi saepissime.
- cum genetivo : si quis tui obaudiat 38, 1.
- cum accusat. : obaudiat quisque proximum suum 36, 12.
- obauditio : in regula obauditionis 3, 5; propter obauditionem Deo 10, 6.
- odibilis : odibiles sunt a Deo 34, 2.
- odiens : eripe nos ab odientibus nos 56, 13.
- offendere : magis hominibus... offendamus quam Deum 22, 19.
- omniapotens 56, 16.
- omnis : sine omni praeuaricatione 20, 20; cum omni perseuerantia 35, 15; omnis malitia pleni 43, 5; noli imputare omne peccatum 56, 6. ablativ. omne 41, 19.
- opus est cum gen. : nihil illi cuiusquam opus est 48, 14.
- ornatus : magna et ornata cum percepimus 20, 9; a quibusdam uiris ornatis 41, 18; hic ornatus erit 54, 1.
- ossum = os, ossis : 7, 15? n.
- ostendere : Paulus patientiae bradium ostendit 6, 21.

- p addita* : dampnauit 18, 7; dampnationem 22, 13.
- pacifus cum dativo* : pacificae tibi erunt 52, 2.
- paenitentia* (53, 23; *alibi* poenitentia 53, 19; *alibi* penitentia 58, 2): omni orbi terrarum penitentiam intulit 8, 7.
- paraphrasis* : aequalem et similem 23, 8; corde puro et cogitatione sincera 23, 11; uocat et hortatur ib. 16; simplici et sincera 24, 14; maiestatem et ueritatem 26, 20; tamquam per speculum uidemus 35, 1; peccata et delicta 48, 3.
- paratus cum praep. in et ablativo* : parati in omni opere bono 4, 5.
- passiones Xpisti* : 3, 11.
- passivum pro activo* : seditione quam ... incensi sunt 1, 13.
- peccare = deficere* : dieta a. tabernaculi tui non peccauit 52, 4.
- per praepositio* : cum omnis regio dampnata esset per ignem et sulphurem 11, 13; per omnia sanctus 33, 10.
- = a: quae per Deum datae sunt iusticiae 53, 23.
- cum ablativo* : per spiritu sancto cognouistis 42, 12.
- per se = tantum* : non per se nos 20, 6 n.
- peregre* : e peregre cum venit 2, 3.
- pergula* 12, 5.
- periculum immittere alicui* 45, 5.
- perire* : *fut.* perient 12, 18; 14, 14?
- permittere = incitare* : iuuibus modica et sancta intellegere permittentes 3, 2.
- persecutionem habere* 6, 15.
- persona* : paucae personae superbae 1, 13; sine personarum e. acceptione 2, 9; propter unam uel duas personas 45, 1.
- plasmare* 31, 18.
- plurimus* : quanto plurimae dignati sumus scientiae 39, 13.
- pontificatus* 41, 3.
- positivus pro comparativo* : bonum enim homini confiteri ... quam indurare cor 48, 3; tanto libenter ... quoniam 58, 9.
- postulare cum infin.* : postulemus remitti nobis 47, 17; postulauit ... dimitti se abire 50, 16.
- potens cum infinit.* potens scientiam edicere 45, 16.
- praedicabilis* 2, 1.
- praetereo, futur.* preterient 27, 13.
- praeuaricatio* : sine omni praeuaricatione 20, 20.
- presbyter* 50, 2.
- primitiuus* : de primitiuis ouium suarum 5, 8; preponebant primitiuia eorum 40, 3.
- principalis* : sperare in principale totius creaturae nomen suum 54, 13.
- pro praepositio*: uereamur eos qui pro nobis sunt 22, 22.
- = *de* : scriptum erat pro epis copis 40, 6; scripsit uobis pro semetipso et Cefae et Apollo 44, 11.
- procidere alicui* : procidamus Dominu 45, 7.
- proferre, indicat. praesens* proferet 21, 3.
- prolatio* : prolatione expiatur 39, 9.
- promptuarium* : promptuaria cordis 22, 15; intrate promptuaria 47, 5.
- pronomen relativum cum solo participio praesenti*: Qui e. extra uoluntatem illius facientes quid, mortem debitam habent 39, 11; ut eos qui iusto et sine querela propositu seruientes Deo in poenas immittere 43, 6.
- propter = de* : quid dicemus propter Dauid ... propter quem dixit Deus 18, 14.
- propter quod (= quia)* : propter quod non possent 37, 20; propter quod non habent 37, 22; propter quod et tunc uos proelia fecistis 44, 12.

pusillanimis 55, 11.

παρά sequente dativo nonnumquam redditur praepositione ab cum ablativo I, II n; 15, 10 n.

πχροκείν = consistere 1, 4.

περιουσίος = aeternalis 59, 6.

πρεσβύτεροι ad provectam aetatem indicandam: 3, I n.

qualiter = *ut* : obsecrationem facientes, qualiter ... custodiat 54, 8.

quam coniunctio ante comparativum : ut quam celerius habeatis pacem 59, 2.

omissa post magis : magisque sui querelam adferunt traditae nobis ... concordiae 48, 2.

qui pro quis : 46, 5. 19.

qui sita? 21, 5.

quia coiunctio pro qui : quia omnia prospicit 59, 3.

quia cum indicativo pro accusativo cum infinitivo post verba :

intelligere 5, 17 ; 27, 9.

considerare 8, 8.

palam facere 11, 14 ; 12, 20.

rescire 12, 2.

uidere 13, 2 ; 25, 3; 32, 3; 42, 7.

scire 12, 12 ; 32, 16 ; 59, 1.

promittere 30, 15.

cognoscere 42, 12.

ignorare 43, 7.

obliuisci 43, 22.

quietum : quietum habundantis fraternalitatis 44, 16.

quinquagenarius (= *is qui quinquaginta praeest militibus*) : nec centuriones nec quinquagenarii 36, 1. *quod coniunctio cum indicativo pro*

accusativo cum infinitivo : intellegamus quod sine ira est 20, 14 ; sciant quod ... se tradent 54, 5.

quoniam coniunctio cum indicat. post verba : cognoscere 52, 3. 5 ; scire 55, 11.

r pro d :

reficimus (= *deficimus*) 47, 16.

reponite (= *deponite*) 52, 15.

recipere : zelum iniquum et impium receptum 5, 4 ; nefandum zelum et iniquum receperunt 42, 16 ; recipite epistolam b.a. Pauli 44, 9.

regeneratio 10, 9.

religiosus : municipium religiosorum 47, 4.

remittere cum genetivo : remittit a. inhabitantium domos luteas 37, 18.

resistere contra aliquem : restiterunt contra famulum Dei 48, 5.

respicere : respexit Deus ad Abel et in munera eius 5, 9 ; respice in caelo 11, 5.

resticula 12, 20.

rogo cum propos. infinit. : se ipsum deleri rogat 49, 17.

s pro n : incessi sunt (= incensi sunt) 2, 1.

pro r : 52, 17? n.

sacerdotale : zelo incidenti de sacerdotali 40, 14.

saeculum : ueniamus ad omnia secula, et consideremus quia in secula poenitenciae dedit locum 8, 8.

saluare 54, 19 etc.

saluator 55, 3 etc.

sanctificare 43, 13 ; 55, 6 etc.

scandalizare 44, 3.

scissura : omnis scissura et contentio 4, 3 ; scissurae et proelium est in uobis 43, 17 ; scissura uestra multos peruerit 44, 6 etc.

scema pro scamma : in eodem e. scemate sumus 8, 1.

sculptilis : feceruntque sibi sculptilem 49, 7.

secundum : secundum municipia... predicantes 40, 1.

secus : secus uoluntatem Dei 21, 7.

sed pro et post consonantem s 45, 2 n.

seditio 49, 20 ; *contra sedicio* 50, 11.


- seminatio 25, 14.
 senecta 11, 9 ; 58, 22.
 silere : silebit a timore malignitatis
 53, 13.
 siluester, *nominat. plur.* siluestrae :
 bestiae enim siluestrae pacificae
 tibi erunt 52, 2.
 sinceres = *sinceri* : sinceres et inte-
 gri fuitis 4, 1.
 stabilitio 55, 14.
 stabilitus = *stabilis* : stabilitam fi-
 dem vestram 2, 4 ; stabilitam et
 antiquam Corinthiorum aeclesi-
 am 44, 18.
 subitanus 1, 9.
 sufficenter 58, 1.
 sulphur *masc.* : per ignem et sulphu-
 rem (*conf.* Tertull. Prax. 16).
 sumere = *capere* : terram istam. Cum
 ergo erit uobis sumere illam 12,
 14.
superlativum pro positivo : 33, 2. 5 ;
 50, 15 ; 54, 10 etc.
 surrectio 25, 12. 13.
 susurratio 29, 12, etc.
 suus et eius : in sua humilitate iudi-
 cium eius sublatum est 16, 21 ;
 aduersus pueros eius non credit,
 aduersus autem angelos suos 37,
 15.
syllaba inserta :
 magnificientiae (= *magnifi-
 cae?*) 9, 21 ; inmortalitatis (= *in-
 mortal*is) 35, 4; uideamus (= *uide-
 mus*) 42, 7 ; inuocatio (= *uocatio*)
 43, 20 ; miserabilis (= *mirabilis*)
 46, 18 ; 56, 1 ; expectare (= *spec-
 tare*) 47, 19.
syllaba omissa :
 cogminabatur (= *cognominaba-
 tur*) 11, 23. gentium (= *egentium*)
 15, 11 ; regione (= *religionem*) 43,
 3 ; dixerunt (= *direxerunt*) 45,
 14 ; opibus (= *operibus*) 45, 17 ;
 erudimi (= *eruditimi*) 52, 13.
syllaba male repetita :
 in insipientia *pro* insipientia
 48, 11 n.
 t *pro c* : audacia 29, 19 etc.
 pro d : 44, 15 n.
 pro i : 3, 10 n ; 59, 10.
 pro r : 51, 22 n.
 tantum *ante comparativum* : tantum
 maior angelorum, quantum pre-
 cellentem 35, 6.
 temerare *post t pro* enarrare 46, 5 n.
 tempus : peste quadam instante per
 tempus 50, 8.
 terrigena 37, 11.
 timere *cum genetivo* : non timebis
 malorum superuenientium 51, 23.
 cum ab et ablativo : a bestiis
 feris non timebis 52, 1.
 totus, *dat. toto* : apta toto corpori
 36, 8.
 tradere : tradiderunt se in morte
 50, 9.
 tremere : trementem uerba mea 14,
 2.
 tribulatio 53, 5.
 tribulor *depon.* : tribulantes salua
 55, 8.
 τιμᾶν = fungi 42, 8 n.
 Θεός *pro αὐτός saepissime* : 8, 4 ; 10,
 6 ; 15, 7 ; 25, 5 etc.
 u *pro b* : 16, 22 ; 19, 21 ; 33, 19 ;
 34, 15 ; 50, 1 ; 52, 4 ; 53, 13 ; 54, 7.
 pro n : 51, 6 et *alibi saepissime*.
 pro o : dominatur spirituum
 59, 3.
 u geminata : euangelizati sunt
 39, 15.
 u omissa : propter zelum ini-
 quum 6, 18 ; 42, 13.
 uagari (?) : questionibus uagari et
 committere 48, 1.
 ubi *pro quo* : ubi fugiam... ubi
 aliquis ibit et quo fugiet 28, 6.
 10 ; uado ubi uolueritis 49, 20.
 uenire : uenerant explorare 12, 2 ;
 iugo gratiae eius per eum ueni-
 mus 17, 16.
 uerecundari : uerecundemur senio-
 res 23, 1.


- uerinus : tempora uerina 21, 12.
 uinculatus : libera uinculatos nostros
 55, 10.
 uiscera habere *ad aliquem* 24, 12.
 uisitator 55, 3.
 uiuificare 54, 19.
 umor 26, 6.
 unus, *genetiv.* uni : nomen ueri et
 uni 41, 10.
 uocare *cum infinitivo* : uocauit nos...
 sperare in principale 54, 11.
 ut *cum indicativo pro coniunctivo* :
 in tantum temeritatis ut... ualde
 est lesum 2, 3.
cum infinitivo : in tantum con-
 zelotipus 42, 10.
- tenderunt furoris ut... immittere
 43, 5 ; ita ut blasphemiam infer-
 ri... uobisque periculum immit-
 tere 45, 4.
 uulgaris : uulgares contra honora-
 tos 4, 14.
 x *proc* : 8, 17 ; 9, 7 ; 10, 17 ; 14, 14
 etc.
 ysopus 19, 10.
 zelotipus 42, 10.
-

CORRIGENDA

Pag.	pro	lege
16, 15	iniquitates	iniquitates
8, 5	Christo	Xpisto







CLEMENS Romanus 694.5
... ad Corinthios C62.4epl
epistulae versio latina 1894m
antiquissima.

